conuentuum singuloꝝ monasteriorum secũdum gradum ac officiũ cuiuslibet: apponendo ẽt annũ diem ac locũ: quo & ubi quilibet ꝓfessionẽ emiserit: & in dicto q̄nterno cõuentus ipsos eo ordine digerant: quo examinandoꝝ monasterioꝝ cedula p̄ diffinitores publicanda digeret̃. Propter q̄ seruanda mandamus omnibus & singulis conuentibus & monachis nr̃æ congregationis ut de cętero lr̃as & cedulas talia cõtinẽtes ad hmõi auditores separatim ab aliis rebus: de quibus scribere diffinitoribus uoluerint: transmittant. ¶ Vnde ut ordinatius cuncta tractent̃: citiusq; expediantur: post eorum publicationem aduocent sigillatim in locũ audientiæ ipsorum cõuentuales monasteriorum: ac de omnibus & singulis ad officiũ suũ p̄tinentibus: pro ut expediens iudicauerint: interrogẽt: & super his disponant: sicut cõgruens fuerit. Demũ causarum controuersiis auditis terminent & iudicent iusticia præuia: sicut dignum fuerit. ¶ Quod si unus uel duo ipsoꝝ auditorũ causas aliquas ad se expectantes ante dictorum auditorum tribunal habuerint: ipsis quorum intererit exclusis: reliqui auditores una cum eorum scriba eas audiant & diffiniant. ¶ Cæterum caueant diligenter dicti auditores: ne quicquam: quod absit: ex complacentia aut displicentia quouis modo iniuste facere uel determinare presumant. ¶ Ab eorum

tñ sententiis liceat aggrauato ad Diffinitores appellare: qua appellatione interposita: de causa ipsa se amplius nõ intromittant. ℂ Verũtamẽ ne lites ĩmortales fiant: & ad longum nimis protrahantur: ordinamus quod ipsa appellatio usq; ad capitulum ꝓxime futurũ pendere hẽat inclusiue: quo tpe: si appellantes ipsi ꝓsequi neglexerint: snĩa ipsa in rem transeat iudicatã: ita ꝙ nisi cõdemnati in termino sibi assignato satisfecerint: in sequenti ꝓxime capitulo uoce careant actiua & passiua: dum modo tpe debito snĩa ipsa intimata fuerit. Qui terminus cũ esset hactenus in festo sancti Martini: ꝓrogat' amodo usq; ad caplm proxime futuꝝ pp faciliorẽ soluendi facultatẽ: ita tñ ut ante electiõem diffinitoꝝ satisfaciãt creditori: quod si nõ fecerit ĩ futura tunc proxime electiõe diffinitoꝝ careãt uoce actiua & passiua: & insup ieiunent in pane & aq̃ q̃libet hebdomada: donec satisf fecerint. ℂ Quod si ad huc aĩo ꝑstiterint indurato: quia sunt ĩ mora: & contra cõtumaces oĩa iura clamãt: post duoꝝ a finito capitulo mensiũ lapsum: incidant in easdẽ ipsas pœnas: & ultra hoc teneant' ad pœnã dupli applicandã cõgregationi & p depositariũ exigẽdã oĩ excusatione remota. ℂ Snĩas aũt p̃satoꝝ auditorũ: ac eoꝝ acta ĩ scriptis redacta finito eoꝝ officio uolum⁹ regimini cõsignari cũ aliis scripturis reseruãda. ℂ Et ne ipsoꝝ patrũ auditoꝝ: q̃ honorabile

membrũ Diffinitorii esse cẽsent̃: uilescat auctoritas: pro grauitate illius tribunalis locũ eis supiorẽ post Vicariũ in toto caplo: ita ut in abñtia Vicarii gñalia: in absentia uero oĩum supiorũ monasteria ubi caplm celebrat̃: ẽt particularia: iuxta ordinem professionis sibi inuicẽ deferentes signa faciant: assignamus. ℭ Officium uero eoꝝ usq; ad absolutionem capituli durat.

ℭ De Depositario capli. Cap. xvii.

QVia crescente in dies cõgregatiõe: negotia quoq; crescere in dies manifestũ ẽ: adeo ꝙ nec diffinitores: nec causaꝝ auditores facile oĩa expedir̃ pñt. Itaq; ut eo facilius onera capli portẽtur: quo ĩ plures distributa fuerint: eligat̃ amodo unus frater fidus & omni suspicione carens: atq; in cõputoꝝ arte pitus: q̃ sit tpe capli cõgregationis depositarius. Qui qdẽ sic a diffinitoribus eligat̃. Quilibet diffinitor ĩ aurẽ p̃sidentis unũ noĩet: deinde noĩati oẽs baloteẽt̃: & q̃ plures habuerit uoces: depositari⁹ sit: si uero plures in uocibus pares fuerint q supior ẽ ꝓfessione p̃ferat̃. Huic pr̃ Præsidens marsupia in capsa cõsignans imponat: ne alicui sine eius licẽtia aliquã pecuniã tribuat: & ut accipiat de marsupio cuiuslibet monasterii taxã unã: ac ẽt ratã annatæ cõputatis minutis seruitiis annuatim cuilibet mo-

nasterio cõtingentē. Et oīa in libro cõputorū con gregationis ānotet: ac ēt sup libellis cuiuslibet mo nasterii a p̄lato singulis ānis deferendis: q̄ scriben da sunt scribat. uidelicet. debita & credita illi⁹ mo nasterii cū cõgregatiõe. uidelicet. annatarū & taxa rū supradictarū: & si quas p̄ter eas tpe capl'i aut itra annū imponi cõtigerit: & silr debita & credita Prę sidētis: Visitatorū: pcuratoris cõgregatiõis & alio rū ex p̄rībus & fratribus q̄ noīe cõgregationis ali qd receperint uel exposuerint: p ut p̄dicta p audi tores causarū diligēter examinata & approbata fue rint. Residuū uero pecuniarū: qd in præfatis mar supiis fuerit: finito ac publicato capitulo de Patris Præsidentis licentia cuiuslibet monasterii Prēlato una cum suo marsupio restituatur.

De monasteriorū examinatione. Cap. xviii.

Feria secūda tempestiue dicat' sine cantu missa de Dña: cui oēs itersint Diffinitores: nisi aliq celebra re uoluerit. Si solēne festū occurrerit: ea die dicat' missa de festo & fiat cõmemoratio de Dña.

Cõpleta missa pulset' p capl'o: coadunatisq; dif finitorib⁹ genib⁹ flexis aliq̄tisp orent: factoq; signo a Præsidente sedeāt oēs: quē ēt modū teneāt quo tiēs ad capl'm celebrandū ingrediunt'. Fiāt igit' primo p scribā capl'i due cedulę: in q̄bus p disposi tione P̄ris Præsidentis ponant' oīa monasteria cõ gregatõis: quo ordine examināda fuerint: quarū al

tera publice appẽdat: ut sciãt cõuẽtuales oẽs: quo ordine & qñ sint examinãdi: & se pparẽt: altera uero remãeat penes p̃sidẽtẽ: ut sciat quo ordie cõuẽtuales uocari iubeat. ¶ Postea uero aduocent auditores cãꝝ cũ eoꝝ scriba: q oẽs admoneãt a prẽ Præsidẽte: ut offm̃ sibi cõmissum strenue & itegre exerceãt: iustitiãq; oib⁹ cũ dei timore administrẽt: & q̃ eis incũbũt q̃ citius exequant & terminẽt: ac ut capl̃m de auditoribus cãꝝ legant: & diligenter examinẽt: exhortet: & primo registrũ cõuentuum expediatur. ¶ Cõsequẽter pr̃ Præsidẽs distribuat unicuiq; diffinitoꝝ officia: ãnotatiões. uidelicet. mutãdoꝝ frũm: ordinãdoꝝ: balneoꝝ: lr̃aꝝ grosarũ: extraordinarioꝝ: & alioꝝ hmõi: ꝑ ut ipsi pr̃i p̃sidẽti uidebit. ¶ Post hæc aũt ꝓcedãt ad mõasterioꝝ examinationẽ. In primis statuentes: ꝙ si is: q fuerit p̃lat⁹ mõasterii: de quo faciẽda ẽ examinatio sit diffinitor: exeat de capl̃o. ¶ Quæ quidẽ examinatio sup uno folio separato scribẽda erit: & ita a scriba custodiẽda ꝙ ad dicti diffinitoris noticiã ꝑuenire nõ possit. ¶ Silr̃ siq̃s diffinitoꝝ hẽat p̃latũ sibi cõsanguinitate usq; ad scd̃m gradũ iclusiue cõiũctũ: qñ de ipso p̃lato fit examinatio: diffinitor ille tũc exeat: nec p̃sens sit in illa examinatione.

¶ Quæ quidem examinatio sup uno folio scribenda & custodienda erit ut supra. Et similiter si cõuẽtualis diffinitor erit: qñ examinãt uisitatores & ꝑ

latus sui monasterii exeat capitulū. ¶ Et aduoca-
to illius monasterii cōuentuali: p̄sentet litteras cō-
cernentes negotia ipsius mōasterii: si quas habet.
Deinde si quid dicere uoluerit paucis & honestis
uerbis & ad rem pertinentibus referat: dimissoq;
memoriali eoꝝ qui rettulit apud diffinitores: exe-
at: quo dimisso legant̄ lr̄æ omnes seriatim & ex in
tegro oībus diffinitoribus audientibus: & amba-
siatæ p eum in scriptis p̄sentatæ: & notent̄ quæ ꝓ-
uisione seu rep̄hensione digna fuerint. ¶ Conse-
quēter habeat̄ plena & diligens informatio a uisi-
tatoribus: qui āno proxime p̄terito monasterium
de quo agit̄ uisitauerint. Postremo aduocet̄ p̄fati
monasterii olim p̄latus: qui pro ut de conuentuali
dictū est sup negotiis sui monasterii examinetur.
¶ Habita tn̄ de oībus informatione: notentur in
uno folio: si qua reprehēsione digna fuerint: & ac-
cersito eo qui est reprendendus: p̄sidens capituli
neminē spāliter nominādo aut dicendo: unde in-
formationē habuerit: moneat ipsum hoc modo.
¶ Ad nos peruenit: uel nos audiuimus sic & sic:
& præcipue interrogetur prælatus distincte & se-
riatim de sibi oppositis importantibus: ne inaudi-
ta parte: contra eum procedatur minus iuste: simi
liter cum quocunque alio si præsens fuerit proce-
datur: & tandem audita eius responsione: eum
pro ut uiderit expedire; absoluat uel moneat: cor-

ripiat & puniat. Quam correctionem uel admonitionem uolumus recipi cum omni reuerētia & deuotione. ¶ Si uero per conuentualem aut aliquē ex fratribus relata fuerint aliqua: de quibus haberi certa informatio nequit: dentur infrascriptis uisitatoribus anni sequētis illius monasterii: ut examinent & procedant: pro ut in capitulo de uisitatoribus ordinabitur. ¶ Examinatis igitur supradicto ordine monasteriis omnibus: consequenter procedatur ad examinatiōem uisitatorum monialiū: Qui uisitatores interrogent a diffinitoribus sigillatim de unoquoq; monasterio: si qua digna nota: correctione: aut prouisione inuenerint: quæ omnia per scribam annotentur: sicut supra dictum est de aliis monasteriis. Et similiter proferantur lr̄æ: si quæ sunt ad diffinitores a monialibus missæ: aut aliter dicta monasteria monialium concernentes: hoc etiam prouiso: q̄ si Prælatum: qui curam habet dicti monasterii: aut eius consanguineum usq; ad secundum gradum: cōtingeret esse diffinitorē: eo casu exeat diffinitorium: prout etiam fit in examinatione monasteriorum suorum: Deinde uocetur Prælatus &c. ut supra.

¶ De mō quo diffinitores expediāt terminanda. Cap. xix.

EXpedita itaq; monasterio℞ examinatione: Præsidens capituli quē uolumus esse promotorem omnium causa℞: ita tamē quod ipse tā capituli q̄ etiā regiminis Præsidens teneat̄ quæcunq; proponere super quibus ab aliquo diffinito℞ fuerit requisit⁹: omnia quæ notata sunt per scribā in mediū diffinienda: seriatim & successiue producat. ℭ Et incipiēs a nouissimis usq; ad primos sciscitet̄ uota uniuscuiusq;: ultimo ipse dicturus. Et uno loquēte cæteri taceant. Si quē uero dep̄henderit in dicendo prolixiorē extra materiā uagari: moneat eū: ut exponat uotū suū paucis uerbis & ad rē p̄tinentib⁹. ℭ Omnibus uero auditis illa opinio: in qua duę partes cōuenerint diffinito℞: censeat̄ ab oībus diffinita. ℭ Post hæc uero diffinitores legi faciant ordinationes præteriti capl̄i: & sil̄r quæ fuerunt ordinata per patrem Præsidentē: regimen: aut uisitatores intra annum: & iudicio duaɿū partium uel approbent̄ uel reuocentur. ℭ Quæ autem de nouo tunc ordinata fuerint seu terminata: seruentur quidem sed nō registrentur: aut redigantur in ordinationibus: nisi per annum praticata fuerint: & p̄ sequens capitulum confirmata. ℭ Nouæ autem ordinatiōes nō facile amodo fiant: nisi cum grauitate maxīa & maturitate & nō nisi ex urgētissima cā: Propterea ordinamus; q̄ si quæ amodo ordinationes faciēdę sunt: postq̄ fuerint a patribus diffinitoribus formatæ uocatis oīb⁹ p̄latis: corā ipsis sigilla

tim ꝑ scribã:aut cui diffinitores mãdauerint legan
tur:& quæ a duabus partibus dicto℞ Prælatorum
pari uoto approbatę fuerint:Patres diffinitores ꝑ
scribam faciant publicari:sequenti anno pratican
das:& futuro ꝓxime capitulo mõ quo supra:a dua
bus Prælato℞ partibus approbandas & cõfirman
das:quæ deinceps nõ ualeãt:nisi eodem mõ: quo
cõfirmatæ fuerant reuocare. ℭ Terminata uero ꝑ
anteriora capl̃a nolumus qualibet facilitate reuo
cari. Sed siq̃ ĩ dubiũ adduci cõtigerit ꝑ subseq̃ues
capl̃m minime reuocata:nullatenus ꝓponant exa
minãda:nisi de cõsensu dua℞ partiũ diffinitorum.
Quæ tñ ex toto uel parte reuocari nõ poterũt: ni
si ex nouẽ diffinitoribus ad min⁹ octo cõsenserint.

ℭ De calculo expensarum. Cap. xx.

Post examinationem monasteriorum ante tamen
nouorum officialium & Prælatorum electionem.
Ordinamus quod diffinitores uideant computa
congregationis per auditores causarum approba
ta & per depositarium annotata: ac calculum ex
pensarum anno proximo præterito nomine con
gregationis factarum tam per Præsidentem & Vi
sitatores:q̃ etiã alios nomine congregationis qua
cunque ex causa:nec non debitorum & credito℞.
ℭ Quo uiso sint solliciti huiusmodi credita exige
re & debita soluere:& primo & ante omnia ex pe
cuniis quę scdm taxã monasterio℞ fuerint exactę
uolumus restitui quicquid pro expensis fratrum

conueniẽtium in capitulo monasterium illud: ubi capitulum fuerit celebratum exposuerit. Videant praeterea expẽsas: quae anno futuro fieri cõtinget: habita cõsideratiõe ad id: qđ defuit uel supfuit de anno pterito: & earũ quãtitatem in uno folio no- tent. Vltimo uideant si qua sit subuentio faciẽda aliquibus monasteriis: & prouideant: unde solui debeat dicta subuentio: & quãta: & quibus mona- steriis. ℂ Et ne patres monasterioꝝ in subuenien- do alterutrum pro necessitatibus emergẽtibus re- missiores fiant: declarando constituimus: ꝙ si pro acceptione alicuius monasterii: uel aliis causis cõ- tingat aliquas expensas pro congregatione fieri: satisfiat ei sumptibus congregationis: quę postmo- dum a monasterio: pro quo factae sunt: per uisita- tores uel alios ad id deputatos exigantur. ℂ Non omittant praeterea prouidere: ut soluatur census ãnuus unciae unius auri: quẽ congregatio tenetur annuatim soluere in festo apostolorũ Petri & Pau- li: Camerę apostolicae: in signum perpetuae liberta- tis. Hoc onus imponitur Abbati sancti Pauli: & compensetur in taxa sua Capituli generalis.

ℂ Omnibus itaq; mature ac diligenter considera- tis: si pecuniae desunt imponantur cuilibet mona- sterio taxae plures uel pauciores: pro ut necessitas exegerit: cum praefixione termini ad soluẽdum: ac quibus: & ubi solui debebunt.

ℭDe Præsidentis regiminis electione. Cap. xxi.

DIe primo post oīum p̄dictoꝝ expeditionē ēt si su
pius ordinata ex integro expedita nō fuerint: ut
electio Præsidētis regiminis celebrari possit: can
teť solēniter p P̨residentem missa de Scissimo pr̄e
nr̄o Bn̄dicto: qua finita congregatis diffinitorib⁹
Præsidens capl̄i exhorteť eos ꝓ nouo Præsidēte
regiminis eligendo eum admonens eligendū quē
ꝓ congregatione magis idoneum utilioreq; ꝓba
uerint: neminem uero eoꝝ q quatuor ꝓxime p̄te
ritis annis P̨residens fuerit regiminis in Præsidē
tem anni p̄sentis eligi posse declaram⁹. ꝓpter fre
quentes autem necessitates & continua negocia
in Romana curia: atq; ut tota cōgregatio unū cor
pus esse censeať: p̄cedentium patrū uestigiis inh̨
rentes statuimus: ut saltem quolibet quarto āno
Præsidens regiminis ultra alpes deputeť. ℭMo
dus autem electionis erit iste. ℭQuilibet diffini
tor scribat dep̄se in cedula primo nomē suū: dein
de nomen illius quem eligere in Præsidentem in
tendit: hoc modo. Ego. D.N. eligo in Præsidētē
D.N. & scriptum ponat in uase ad hoc p̄parato.
Hoc facto diffinitores uocent scrutatores: q scru
tenť simul secrete uoces datas: in quē uero ꝗ nq;
uoces cōuenisse uiderint eū Præsidentē ꝓnūciēt:
ꝙ si non conuenerint: omnes nominati in Præsi
dentem; a diffinitoribus baloteť; balotas uero

dicti scrutatores uideāt: & eas notēt. In quē uero plures balotæ concurrerint/dummodo nō sint infra quinq;/ille sit Præsidens. Si uero aliqui fuerint pares in quinq; uocibus uel supra isti iterum balotent usq; tertio inter diffinitores/& qui plures habuerit balotas ipse erit Præsidens. Et si iterū fuerint pares pronunciet qui est antiquior in congregatione. At si ex nominatis in Præsidentem nemo quinq; uoces habuerit/balotent semel/secundo & tertio & non amplius: qui si nec tūc cōuenerint aduocent quatuor auditores causarū: & eis adiunctis nominati p diffinitores in Præsidē tē inter eos oēs balotent: & in quē sex ad minus uoces cōuenerint Presidentē pnunciēt. Si uero aliq fuerint pares in sex uocibus uel supra: isti iterum balotent usq; tertio: & qui plures habuerit uoces ipse erit Præsidēs: & si iterum fuerint pares: pnūcietur qui est prior in congregatiōe. Electū uero: ut supra in Præsidentem huiusmodi onus omnino uolumus acceptare. Consequenter uocentur omnes fratres de caplo: & qui in eodem resident monasterio: & coram eis electus Præsidens pnūciet per antiquiorem ex diffinitoribus: ut infra qui cōtinuo postulet: attento onere sibi imposito pro se orari ab omnibus: & omnes successiue fratres habētes uocem in caplo ad pacis osculum recipiat.

Deinde is qui fuerit Præsidens capli uel antiquor diffinitorum: si is factus esset Præsidens regi

minis/incipiat. Te deum laudamus. Et cantando omnes ad ecclesiam ꝓcessionaliter accedant ipso Præsidente regiminis ibi existente. ℭCum uero peruentum fuerit ad chorum: Præsidens cõgregationis cum illo/q fuerit Præsidens capĩi/uel cũ antiquiore diffinitoꝝ/si ut supra factus esset p̃sidẽs regiminis: & alio ex antiq̃oribus diffinitorib⁹ ante altare se prosternant: & finito Te deum laudamus. Is qui fuit Præsidens capituli uel antiquior dicat. Ver. Saluum fac seruum tuum. R̃n. De⁹ meus sperantẽ in te. Ver. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. R̃n. Et de syon tuere eũ. Ver. Dñs uobiscũ. R̃n. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus qui facis mirabilia magna solus prætende sup̃ hunc famulũ tuum Præsidentem nostrum & super congregationẽ illi cõmissam spũm gratiæ salutaris: & ut in ueritate tibi complaceat/perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde.

Porrige domine huic famulo tuo Præsidenti nostro dexterã tuã p intercessionem beatæ & gloriosæ sempq; uirginis Dei genitricis Mariæ/& auxilium ei supnæ uirtutis impende.

Intercessio nos q̃s dñe bti p̃ris nr̃i Bñd. Abbatis cõmẽdet/ut qđ nr̃is meritis ñ ualem⁹ ei⁹ p̃rocinio asseq̃mur. p xp̃m dñm nr̃m. R̃n. Amẽ. Si uero cõtigeret electũ abesse: ei⁹ locũ & uicẽ teneat antiquor diffinitoꝝ & omisso osculo pacis cãtet. Te deũ

laudamus: cum uersibus & orationibus: ut supra.

De Prælatoꝝ electione. Cap. xxii.

QVia experientia magistra didicimus Prælatorũ crebram mutationem monasteriis in spũalibus & tpalibus esse damnosam. Iccirco monemus ut in electiõe prælatoꝝ hmõi crebra mutatio uitet̃. Ipsius aũt electionis modus erit iste. Primo diffinitores ineant inter se tractatũ de patribus q̃ sunt mutandi: uel si q̃ sunt deponẽdi: aut de nouo instituẽdi. Et nullus possit uel deponi uel de nouo istitui in Prelatũ: nisi p̃misso inter diffinitores tractatu & scrutinio de hmõi depositiõe uel institutiõe: & qui anno p̃terito fuit Prælatus: nisi ex nouẽ diffinitoribus septem consentiãt nõ poterit excludi. Silr̃ qui in Prelatũ de nouo erit instituendus: nisi ex nouẽ septẽ cõsenserint: inter Prælatos cõputari nõ poterit: nec possint aliter: aut alii poni in cedula: aut amoueri de cedula Prælatoꝝ: nec ad electionẽ Prelatoꝝ ꝓcedi possit: nisi p̃missis p̃dictis. Itẽ ultra ueꝝ numeꝝ Prælatoꝝ eligat̃ unus tm̃ eo mõ quo supra: de nouo inter Prælatos noiandus: quẽ diffinitores: ne cogat̃ q̃libet eligere seipsum loco sui ponere ualeant. Cõuentuales uero: qui diffinitores fuerint: ut liberius monasteriis ꝓuideri ualeat: eligi ꝓ illo anno in Prælatos ẽt titulares: uel administratores nequeãt. Demũ qli-

bet diffinitorum scribat in pparata cedula noia Prælatorum quos nominare uoluerit/unicuiq; monasterio Prælatum unum ꝑ ut conscientiæ suæ uidebitur assignãdo:præfatamq; cedulam in uase ad hoc præparato reponat. ¶ At postmodum uocentur scrutatores:qui præfatas cedulas diligenter & fideliter scrutentur:noiatosq; in dictis cedulis Prælatos fideliter in una ampla cedula redigãt unicuiq; monasterio attribuẽdo noiatos in eodẽ monasterio : ẽt si plures in uno monasterio fuerint noiati:&ipam cedulam præfatis diffinitoribus repsentent. Cedulas uero quas præfati scrutatores scrutati fuerint comburant:& oia secreta teneant/ne scandalum aliquod possit oriri: qui si contrafecerint puniantur:prout supra de ipsis scrutatoribus reuelantib⁹ decretum est. Quo facto singuli balotentur: & in quem plures balotæ conueniunt/ ille præferatur monasterio illi:de quo agitur. ¶ Hoc sane uolẽtes ꝙ si q̃ eorum ꝑ quo balotæ dantur/ fuerit de diffinitoribus:ut liberius de eo disponatur/exeat foras capitulum donec fuerit balotatus. ¶ Q̃d si contingeret eundem patrem in duobus uel pluribus monasteriis nominatum aliis patribus in balotis anteferri/balotetur iterum:&pro quo monasterio plures repertæ fuerint uoces illi præficiatur. ¶ Hoc sane attendentes:ꝙ si quis Prælatorũ in aliquo monasterio p quinquẽnium steterit: in illo iterũ non instituatur:nisi ex euidẽti cã utilitatis illi⁹ mo-

nasterii fuerit per diffinitores/ex quibus ad min⁹ octo consentiant/etiam per annum secum dispen satum: ita tamen qd si intra annum in aliquo monasterio Prælatum deputari contigerit/siquidem ante aduentum dñi id fuerit ꝑ integro anno illi computet. si autem post prædictum tempus/ nō habeat illi preiudicare qn ibi possit integro sequē ti qnquēnio cōfirmari. ℭ Idē ēt intelligit de fratribus cōgregatōis deputatis ad regimē mēbroꝝ monasteriis: subditoꝝ: qd oīno inuiolabil'r obser uari uolumus. ℭ Ineāt ēt diffinitores tractatū de tribus aut quatuor Prælatis & totidē Priorib⁹ha bilitādis: ut si intra annū aliquē ꝓmoueri cōtigerit: facilior ꝓuisio fieri possit. Quæ tñ habilitatio nō duret nisi ad alterū ꝓxime futuꝝ caplm.

De conuentuum reformatione.

Cap. xxiii.

EXpeditis Prælatoꝝ electionibus tractent consequenter diffinitores de conuentuum reformatione. ℭ Videāt itaqꝫ primo si monasteria Priorib⁹/ Decanis/Magistris nouitioꝝ cellerariisqꝫ & monialium confessoribus indigent. Q d si uiderit in aliquo monasterio aliquem ꝓmouendum aut ex illius monasterii supiorum suggestione/uel ex ipsorum diffinitoꝝ ꝓpria consideratione, tunc diffinitores ipsi diligenter de ipso ineant cum dei ti

more tractatum. Declarantes illos/de quibus tūc ageť nequaq̄ in electoꝝ sortem transire debere: nisi ex nouem diffinitoribus septem saltē consenserint. ℭ Et ne eoꝝ diffinitoꝝ in aliquo iudiciū errori pateat: uolumus ut uisitatores in singulis monasteriis tam ꝓbitatem coꝝ/q forte ꝓmouēdi essent/q̄ sollicitudinem uel negligentiam ꝓmotorum/diligēter examinent singuloꝝ merita uel demerita in caplo narraturi. Hoc tñ attento: ꝙ titulares Prælati deinceps neq; in Priores: neq; in decanos ꝓmoueri poterunt. ℭ Prohibemus etiam: ne conuentuales omnes ad generale caplm uenientes: ut tanto liberior & sincerior sit diffinitorū electio: quanto ipsorum conuentualium erunt sinceriora uota & incorrupta: ad nullum superioritatis siue dignitatis gradum pro tunc promoueri ualeant. ℭ Prohibemus quoq; ne quis ad aliquē gradum superioritatis assumi possit etiam ad curam nouitiorum sine loco: nisi completo quadriēnio post sacerdotiū in congregatione susceptum. ℭ Illi quoq; q̄ sacerdotes ad congregationem uenerint nisi in. xiii. anno in cōgregatiōe completo. ℭ Fugitiui uero & licentiati & custodiæ ꝑ grauioribus criminibus semel legitime mancipati ad nullum gradum supioritatis penit⁹ ꝓmoueri possint nisi omnes diffinitores consenserint. ℭ Apostatis uero omnē penitus huiusmodi promotionis spē ademptam esse decernim⁹: ut in declaratorio

super. xxix. capitulũ regulæ plenius cõtinet. Videant consequẽter diffinitores si monasteria: sacerdotibus: cãtoribus: & aliis qbuscũq; frĩbus indigeãt. Insup si q frẽs ex legitima cã petant aut indigeant mutatione: supradictis oĩbus debita: ꝓut fieri poterit: & eis uidebit: fiat ꝓuisio. ℂAdmonentes ante oĩa ꝙ fratres nr̃æ cõgregatiõis nõ leui cã mutent: nisi ex cã manifestæ infirmitatis: qbus medicoꝝ cõsilio aeris mutatio subueniret: aut si hmõi mutatio ad aĩæ salutẽ esset necessaria. ℂIccirco ordinamus: ꝙ quotiẽs aliqs frater petit mutationẽ: nisi septẽ saltẽ diffinitores assentiant: nõ ei annuat. Balotẽtur aũt fratres mutãdi singuli & sigillatim: & nõ plures simul. Mutatiões aũt ꝓdictæ quantũ possibile est fiant ad loca uicinioра & magis ꝓpinqua: ut expẽsis parcat & uagationi fratrũ. Et hoc ꝓcipue circa iuuenes obseruet: ne cogant diuersa monasteria & hospitia circuire. ℂPlane quotiẽs p capitulũ aliqs frater ab aliquo monasterio ad aliud: debilitatis corporis occasione mutat: monasteriũ illud: a quo mittit: expẽsas exoluat. In aliis uero casibus: monasteriũ ad qd mittit. Scriba uero capituli: fratres & mõasteria: a qbus amouẽdi sunt: & ad q̃ trãsmittẽdi fuerint: in scriptis redigat. ℂStatuentes: ꝙ qñ fratres mutantur de monasterio ad monasteriũ cõpetẽter induti mittant cũ chlamyde: capello: aliisq; necessariis: nec secũ deferant ultra tres codices; Extracta

uero ex deuotione ipso℞: seu scripta manu ꝓpria cōcedimus: ut deferre possint. ¶Pecunias uero: quas ꝑ uestimentis deferunt statim Prælatis assignent: quas uolumus in ipsis uestimentis oino expendi: & nō ad alium usum conuerti.

¶De uisitato℞ electione. Cap. xxiiii.

DEmū ipsi diffinitores eligant sex Prælatos in uisitatores ultra Præsidentē: ex q̄bus ad minus quatuor quolibet anno extra diffinitoriū eligantur. ¶Modus aūt eligēdi erit iste. ¶Quilibet diffinitor secrete de p se scribat in una cedula sex uisitatores: q sint p̄lati: duos citra: & duos ultra alpes: & reliquos duos ꝑ regno Siciliæ: Postea ipsam cedulā pr̄i Præsidēti p̄ntet: deinde noiati balotent̄: & q habuerint plures uoces uisitatores existāt: qn̄ uero plures cōcurrūt in uocibus antiq̄or p̄ponat̄. ¶Statuimus tn̄ q̄d is q fuerit uisitator anno p̄terito: nisi elapso biēnio: in uisitatorē minime eligi possit. Quibus q̄dē uisitatoribus nō possit iniūgi uisitatio monialiū neq₃ actu: neq₃ officio. Visitator quoq₃ solū actu sequēti anno illa mōasteria uisitare nō poterit: q̄ p̄terito anno ēt actu uisitauerit. Quā ꝓhibitionē tā ad uisitatores monialiū q̄ monacho℞ extēdi uolumus. ¶Idē quoq₃ modus & ordo seruet̄ eligēdi q̄tuor uisitatores monialiū ꝑ ut supra de aliis uisitatoribus dictū est: qui &

ipsi biennio a dicto officio uacare debent.

De epistolis dirigendis & loco capli eligendo. Cap. xxv.

EXpeditis oibus ante tn̄ capituli absolutionē: si q̄ rn̄siuæ uel missiuæ cōficiendæ sint lr̄æ: imponat cancellario: quæq;/& qbus scribēdæ sunt psonis: quas lr̄as diffinitores diligēter uideāt: & si qs iudicauerint memoria dignas: registrari faciāt. Cōsequēter p futuro caplo celebrādo idoneus in aliquo cōgregatiōis nr̄æ mōasterio locus eligat: puiso tn̄: ut qn̄cūq; p biēniū i aliquo mōasterio fuerit celebratū: saltē p biēniū sequens in eodē minime celebret. Qui loc⁹ sic electus nisi ex rōnabili cā: & de psidētis/nec nō maioris uisitatoꝝ ptis cōsensu ad aliud mōasteriū trāsmutari nō possit: aut p breue tp̄s octo. uidelicet: uel ad plus decē dieꝝ differri: a decē uero dieb⁹ usq; ad mēsem: nisi de psidētis oiumq; uisitatoꝝ cōsēsu mime differri possit dicti capituli tp̄s: & hoc nisi ex urgētissima & ineuitabili cā. Quod si aliqua rōnabili cā Præsidens & uisitatores prædicti ipsius capituli locum duxerint transmutandum uel prolongandū: congruo tempore omnibus Prelatis monasteriorum per litteras significare nullatenus prætermittant. Statuentes etiam quod ad expensas quæ in capitulo generali fiēt omnia monasteria tam citra q̄ ultra alpes sm̄ eorum taxam cōtribuere teneant.

¶De publicatione & absolutione capituli.
Cap. xxvi.

OMnibus q̄ ad generale capitulū ptinēt expeditis: oēs aduocent̄ tam de capitulo q̄ ꝓfessi mōasterii: ubi capitulū celebrat̄: publicēturq; p scribā capl'i tāq̄ authoritate ap̄lica publicū notariū p̄sidens regiminis: uisitatores: ac p̄lati monasterioꝝ tam ad ministrationē hn̄tes q̄ titulares: & si q sunt administratores sine titulo: & ꝓcurator in curia p̄ntib⁹ testibus ꝑ hoc actu sp̄aliter rogatis. ¶Quib⁹ peractis exeāt oēs: q nō sunt de cōgregatiōe: cōsequēter p Præsidentē uel scribā terminata in capitulo publicent̄: exceptis his q̄ secreta diffinitores duxerint tenēda. Quę uero publicata fuerint: pręlati aut cōuentuales in scriptis ad sua monasteria fratribus suis denūcianda portent. Et quæ a præfato capitulo per duo ꝓxime præterita capitula approbata fuerint: uel in futurū approbāda emanare cōtigerit: secū ad sua monasteria uel deferant uel deferri faciāt q̄ primū cōmode poterunt: in libro ad hoc in modū registri deputato p se uel aliū fidel'r exarāda. ¶Quæ q̄dē ordinatiōes ter per annū in mōasteriis legant̄: uidelicet in reuersiōe p̄lati a capitulo: circa festū oīum Sctōꝝ: & circa quadragesimam. Postea publicent̄ noīatim oēs nostræ cōgregationis fratres qui præterito anno in dn̄o quieuerunt: ut si ꝓ alicuius requie: cōsuetæ oṙones ex ignorantia uel negligentia factę non fuerint: sup-

pleanť. Publicenť ẽt noiatim si q fuerint fugitiui uel expulsi ut ab oibus euitenť scdm declaratioñe sup caplo regulæ. xxix. Publicenť ẽt mutatões fratrum: insup & fratres/qui anno pterito uotũ p fessionis emiserint. ¶ Et imponanť. xxx. missæ p quolibet monasterio p defunctis habẽtibus lr̃as gratiosas: qui illo forte anno decesserũt: quas p debito nostro sufficere uolumus. ¶ Vltimo publiceť locus sequentis capli. Cõsequenter pr̃ Prę sidẽs cõmittat oibus ut oreť p scissimo Papa nr̃o p Cardinalibus: p principibus: Prælatis: ac congregatiõis nr̃æ bñfactoribus uiuis atq; defunctis ¶ Quibus pactis/uisitatores a scriba capli requirant & petant in scriptis: si qua ordinata sunt pro monasteriis suæ puinciæ/quæ ad eoꝝ officium ptineãt. Et similiter quilibet Prælatus petat a scriba capli: si qua ad suum monasteriũ ptinẽtia/ordinata fuerint in autẽtica forma/in libro sui monasterii/ut supra dcm̃ est: postea ãnotãda. Et in specie de fratribus ad suũ monasteriũ tũc deputatis: an p aliquo illorum obtenta fuerit licentia: ut ad ordines pmoueať: & quo tempore. Et similiter a patre Præsidente requirat: si qua fuerint ad suum monasterium pertinentia: & sic obtẽta prius licentia & benedictione pcepta: facultas sit unicuiq; redeundi ad sua monasteria: nisi ex aliqua causa fuerit necesse aliquos remanere. Præsidens tamen & uisitatores ultimi recedant.

Modus

¶ Modus autem hæc omnia pronũciandi: ut ab omnibus idem ordo seruetur erit iste: uidelicet. ¶ Primo pronuncientur Prælati. ¶ Secundo/ordinatiões cõfirmatę. ¶ Tertio/ordinatiões nouę. ¶ Quarto/admonitiones. ¶ Quinto/mutatiões fratrum. ¶ Sexto numerus professorum fratrum. ¶ Septimo/fugitiui & expulsi ac licẽtiati: qui specifice nominentur: & a quo monasterio. ¶ Octauo/specificentur noĩatim defuncti oẽs: & in quo monasterio. ¶ Nono numerus defunctorum habẽtium litteras gratiosas. ¶ Decimo/triginta missæ pro dictis habentibus litteras gratiosas. ¶ Undecimo/impositio taxæ siue taxarũ. ¶ Duodecimo/licentia recipiẽdi nouitios ad professionẽ. ¶ Tertiodecimo/locus futuri capituli.

¶ De pecuniarum distributione. Cap. xxvii.

ABsoluto itaque capitulo. Depositarius cum licẽtia Patris Præsidentis omnibus Prælatis marsupia monasteriorum: quorum nomine fuerint deposita: restituat. ¶ De pecuniis uero: quæ sm taxam monasteriorum fuerint exactę: primo & ante omnia uolumus restitui integre: quicquid pro expẽsis fratrum conuenientium in capitulo monasterium illud: ubi capitulum fuerit celebratum: exposuerit. ¶ De eo autem: quod superest distribuatur unicuique per Presidentẽ & uisitatores: ut minores par

ti eo℞ uidebit' expedire ꝓ expensis faciẽdis anno illo. ℭ Quo facto si adhuc superint: penes Præsidentẽ remaneant: aut ꝑ ea quẽ iudicauerint. fata distribuãt habita cõsideratiõe: cui maior incũbat expẽsa. ℭ Annuũ tñ cẽsum unciæ unius auri sedi Apostolicę in festo aplo℞ Petri & Pauli in signũ ꝑpetuæ libertatis: & sedis Apostolicę imediatæ recognitionis persoluendũ: soluere nullatenus ꝑtermittãt. Et hoc onus iponat' Abbati scti Pauli & cõpensetur in taxa monasterii sui. ℭ Demũ illã pecuniarum quantitatem: quam diffinitores decreuerint persoluendam creditoribus congregatiõis præfatæ: effectualiter restituant: & in libro computorum congregationis depositarius annotet.
ℭ Volumus etiã quod pecunias ꝓ monasterio℞ subuentionibus deputatas exolui: ꝓut cõmodius fieri poterit Prelatis impõnãt: nec nõ & pecunias ꝓ expensis bonũ cõgregationis concernentibus per diffinitores deputatas iuxta eo℞ ordinata distribuant in præsentiarum: si adsint: aut intra annum exigendas: pro ut opus fuerit: disponant.
ℭ Ordinamus ꝙ si aliqd' monasteriũ teneatur in debito liquido: aut per capitulum & uisitatores liquidato cõgregationi: aut alicui alio monasterio in quacũqꝫ pecuniarũ quantitate: aut alia re: eiqꝫ præfixum fuerit tempus a præfato capitulo uel uisitatoribus: intra quod soluere debeat: si elapso dicto tempore fuerit requisitus eiusdem monasterii

Prælatus: & intra qndecim dies nõ satisfecerit sol uendo aut deponendo realiter pecunias: aut res ipsas ad uoluntatem creditoris: priuetur anno seq̃ti actiua & passiua uoce capituli. Et nihilominus Prelatus ipse post elapsum prædictum tẽpus xv. dierum sit suspensus ipso facto ab ingressu ecclesiæ: donec satisfecerit: ut supra dictum est.

¶ Si autem cellerarius a prelato monitus supradicta adimplere neglexerit tam diu qualibet hebdomada: quarta & sexta feria ĩ pane & aqua ieiunet: quoadusq; sibi imposita adimpleuerit cũ effectu.

¶ Et quia pro necessitatibus congregationis necesse est quãdoq; pecunias a campsoribus: aut ab aliis mutuari: ordinamus: quotienscunq; necesse fuerit fieri sindicatus siue instrumenta procurationis pro quacunq; pecunia mutuo accipienda: ante oĩa certa & diffinita summa apponat̃ in sindicatu: & tres ad minus ꝓcuratores cõstituant̃: qui oẽs simul si cõmode fieri poterit uel saltẽ duo eorũ numeratiõi & receptiõi pecuniarũ intersint.

¶ Secũda pars ordinationum capituli generalis.

¶ De ptãte Præsidẽtis & uisitatoꝝ. Cap. primũ.

Præsidenti regiminis tanq̃ principali uisitatori & Patri cõgregationis deferat̃ ab oĩb⁹: & eidẽ exhibeat̃ oĩs reuerentia & loci preeminentia: Ipse solus

in quocunq; fuerit monasterio omnia signa tam particularia q̃ generalia faciat. ℭ Teneat penes se sigillum magnum congregationis quo utant̃ patres cum aliquid præcipuum nomine capituli uel regiminis fieri continget. Teneat etiam registrū capituli: & si quæ sunt aliæ congregatiōis scriptu ræ. ℭ Ad ipsum deferant̃ singula congregationis negotia quæ intra annum occurrerint. ℭ Ad eundem principaliter pertinet exequi ordinatā per capitulum: quæ duo præmissa aut solus aut cū aliis uisitatoribus: secundum rerum qualitatem & ei⁹ limitatā potestatem faciat. ℭ Possit etiam in his quæ intra annum occurrerint: & ubi sibi tam pro euitandis: q̃ pro sedandis scandalis expedire uidebitur & pro pace seruanda: cum uno saltem ex uisitatoribus prouidere: cuius prouisioni, & deliberatiōi omnes: etiam si uisitator fuerit obedire uolumus. ℭ Caueat autem ne affectione aut passione aliqua moueat̃: sed omnia secundum Dei timorem disponere satagat. Quod si aliter: quod absit: fecerit sciat se per diffinitores sequentis capituli puniendum. ℭ Statuimus ꝙ Reuerē̃. Pater Præsidens non possit accedere ad curiam Romanam: nisi accedente consensu utriusq; uisitatoris illius prouinciæ in qua sua p̃rnitas fuerit deputata ℭ Item qđ nullus uisitatorum ad eādem curiam possit accedere nisi de licentia patris Præsidentis ac conuisitatoris sui; cæteros uero Prælatos & fra

tres prohibemus omnino Romam proficisci: nisi accedente consensu patris Præsidentis & utriusq; uisitatoris suæ ꝓuinciæ: quæ si non facile haberi possent: & periculũ esset in mora sufficiat licẽtia pr̄is Præsidentis aut unius dictorum uisitatorum cum consensu supiorum sui monasterii. ℭ Liceat præterea ei cum aliquo ex uisitatoribus illius prouinciæ: ubi uisitandum fuerit/ oĩa congregatiõis monasteria: quotienscunq; opus fuerit/ uisitare: excepto monasterio cui anno præterito præfuit: & cui aliqs in scdo gradu illi coniunctus pẽst. Idẽq; de uisitatoribus intelligimus. ℭ Caueat etiam ne authoritate officii sui: similiter quilibet uisitator: fratrem aliquem de aliquo monasterio cõgregationis nr̄æ auferat: & eũ in monasterio sibi cõmisso/ deputet: sed si aliqua fratrum indigebit ꝓuisione duo alii uisitatores aut Præsidens cũ uno uisitatore huiusmodi faciat prouisionem. ℭ Possit tamen Præsidens consentientibus fratre mutãdo & dante & recipiente Prælatis mutationis licentiam impartiri. ℭ Cæterum Præsidens cũ duobus uisitatoribus: quotiens ex necessitate occurrerit fieri mutationem de aliquo fratre intra annum de monasterio ad monasterium usq; ad tempus capituli: ubi salus animæ aut corporis fratris exegerit: disponere possint. ℭ Insuper licentiam recipiẽdi fratres nostros nouitios ad professionẽ uisitationis tempore tantum. ℭ Aedificia etiam

notabilia in monasteriis construendi iuxta cõsue tudines nostras. ℂ Item Præsidens & uisitatores uel quilibet eorum in actu uisitationis existẽs cau sas & lites inter monasteria & monasteria ac psõ nas congregationis audire & sũmarie facti sola ue ritate inspecta iudicare possit & terminare. Q d uero iustitia mediãte (ut præfert) iudicauerit uel terminauerit/faciat obseruari. ℂ Item Pręsidens omni tempore absoluere potest fratres nostros a casibus reseruatis. Similiter & uisitatores in actu uisitationis tantum/etiam ille qui esset uisitator actu tantũ & non officio. ℂ Possit etiam psidens similiter & quilibet uisitator/ubi ordo iustitiæ exi geret/fratrem aliquem in quocũq; monasterio cõ gregationis delinquentem corrigere/& in domũ custodię recludere/etiam si opus fuerit inuito Prę lato. ℂ Demum Præsidens cum omnibus uisita toribus/quos appellatione regiminis intelligi uo lumus/omnẽ repsentent cõgregatiõem/& ea exe qui possint: super quibus fuerint capli authorita te muniti. ℂ Ordinamus præterea q si itra annũ per mortem alicuius Prælati/aut p quocunq; ne gotio congregare uisitatores & alios patres con tigerit: sine consensu uisitatorum illius prouincię Præsidens id facere non possit/neq; etiam locum celebrandæ cõgregationis eligere. ℂ Q d si ad ali am puinciam transire uoluerit/p huiusmodi cõ gregatione celebrãda; tunc accedat cõsensus ma

ioris partis uisitatorum utriusq; prouinciæ: & si (quod absit) aliter fecerit/uoce actiua & passiua careat in sequenti futuro capitulo. ¶ Habeantq; Præsidens & singuli uisitatores sigilla singula eiusdem caracteris/scilicet. Pax: quibus utantur in literis particularibus ad officium suum spectantibus: nec alteri cuiuis/liceat simili sigillo uti. ¶ Literas uero eisdem sigillis signatas nemini de congregatione nostra: etiam si Præsidens aut conuisitator esset aperire concedimus/ nisi solis iis: ad quos diriguntur/ uel de eorum licentia: nisi in casu grauis necessitatis. ¶ Q đ si quis contrafecerit tribus primis diebus mercurii in pane & aqua ieiunet/nec per aliquem huiusmodi pœnitentia dispensari possit: nisi in casu grauissimæ infirmitatis. ¶ Ad ipsos etiam pertinet cum opus fuerit: aut propter scandalum euitandum ordinata per capitulum de omnium consensu/suspendere usq; ad tempus generalis capituli: non tamen ex toto reuocare. Possint etiam ubi necessitas urgeret aliqđ uniuersale in tota congregatione constituere/usq; ad tempus capl'i dūtaxat seruandū. ¶ Ordinata etiam p p̄dictos/ p bono cōgregatiōis uolumus obseruari ēt post eoꝝ officia/nisi reuocentur a successoribus. ¶ Et qa munera excecāt oculos sapientium/ & subuertunt corda iustorum/ statuimus iuxta sacrorum canonum sanctiones

Q ñ & qualiter fieri debeāt uiſitatiões.

q; nec Præſidens: nec diffinitores: nec uiſitatores etiā monialiū durāte eo℞ officio accipe ullatenus poſſint quæcūq; munera a fratribus nr̄is uel monialibus uel ab aliis qbuſcūq; pſonis de congregatione ¶ Quod ſi cōtrafecerint comedāt ſemel in terra in refectorio tpe capituli gn̄alis: & dū ipſum capitulū celebrat̃: & ea die qua p diffinitores ordinatū fuerit: totiēs quotiēs cōtrauenerint. Prela ti uero dantes ſupraſcriptis munera: eadem pœna qua ſupra: tpe capituli puniantur. Alii uero infra Prælatos: totiens quotiens contrauenerint: eandem pœnitentiam in ſuis monaſteriis faciant.

¶ Quādo & qualiter fieri debeant uiſitatiões.

Cap. ii.

TEmpus uiſitationis monaſterio℞ noſtro℞ regulariter deputamus a feſto aſſumptiōis beatæ Mariæ uirginis uſq; ad quadrageſimā excluſiue: intra qd̄ niſi legitimo impedimento uiſitatores fuerint impediti teneant̃ ſuū officiū expleuiſſe. ¶ Quod ſi facere neglexerint: anno ſequēti priuent̃ in capitulo gn̄ali actiua & paſſiua uoce. Si uero ambos uiſitatores tpe præfato & cauſa legitima impeditos eſſe cōtigerit: uiſitent q̄ primum ceſſante præfato impedimento: ſi potuerint. Si uero alter eo℞ fuerit legitime impeditus: de conſenſu utriuſq; eligatur alius uiſitator uel alius prælatus: q actu tm̄

ſit uiſitator & non officio/ita ut intra p̄ſatum tē-
pus uiſitatio non omittat᷑. ℭHoc plane uolentes
ꝙ uiſitator officio ſemp præcedere debeat uiſita-
torem actu & non officio/licet ſit in congregatio
ne inferior. ℭCaueant autem/ne in locis audien
tiæ eorum ponant᷑ aliqua ornamenta, et poſt pri
mam diem comedant in refectorio /cõmunem cõ
uentus uictum q̄tum fieri põt ſequentes. ℭQuã
primum igit᷑ uiſitatores monaſterio/ q̄d uiſitare
intendunt/applicuerint: captato tp̄e congrega-
tiſq; Prælato/monachis & commiſſis ipſius mo-
naſterii aliquam breuem/puram non in humanæ
ſapię uerbis/ſub hac forma faciant exhortationē.
ℭFratres cariſſimi cũ ex debito officii noſtri au-
thoritate generalis capl̄i congregationis nr̄æ ue-
nerimus uiſitare charitates ueſtras & monaſteriũ
tam in capite q̄ in membris. Iccirco ſiquis ueſtrũ
aliquo indiget ueniat ad nos/& eum libentiſſime
audiemus/& iuxta poſſibilitatem noſtram : ſcd̄m
q̄d deſup dabit᷑/prouidebimus: Manebimꝰ apud
uos tres dies aut plures/ſi fuerit neceſſe. Si uero
nullus ueſtrum aliquo indiget: deo gratias agite:
& in hac pace ueſtra continuo manete : charitatē
inuicem ſeruantes obedientiam & reuerentiã ob
dei amorem patribus impendentes: rigorem mo
naſticum & obſeruantiam regularem accenſis de
ſideriis conſouentes. Et ſi qua alia huiuſmodi uo
luerint breuiter exhortari. ℭConſequenter mo-

neant Prælatum & monachos/ꝙ si quis pro bo=no monasterii sui iudicauerit aliquid insinuan=dum libere loquatur: quoniam intentionis pa=trnm nostrorum est: ꝙ in uisitationibus uicia tam in capite q̄ in membris radicitus amputentur: cū ea tamen qua decet humanitate & charitate. Ca=ueat tamen quilibet/ne alicui potissime Prælato: quā uis passione seductus: aliquid falsum impo=nat: seu aliter q̄ dictum factumue fuerit referat: aut suspitionibus uel leuiter dictis seu factis ali=quem inculpet: ꝙ si fieri casu (ꝙ absit) contige=rit diligenter cognita causa huiusmodi reus sciat se publice coram fratribus culpam dicturum: ac pœna talionis: aut aliter: pro ut nobis uidebitur/ puniendum. ¶ Postea uero tempore congruo ui=sitatores sint seorsum cum solo Prælato mona=sterii: a quo habeant informationem de seniorū suorum & aliorum monachorum conditionibus: uidelicet: si Prior Claustralis & decani sint sollici=ti circa sua officia: in audiendis fratrum confessio=nibus: in diuinis officiis/& communibus exerci=tiis: in custodia obseruantiæ regularis: in uisitatio=nibus quotidianis officinarum monasterii. Si sibi inuicem sint obedientes & reuerentes: si cerimo=nias obseruent: & obseruari studeāt. Si sint in am=monitionibus fratrum aut nimis tepidi/aut mul=tum rigidi: si magister nouitioꝝ sit sollicitus circa nouitios suos/eos instruendo ad orationem/ ad

exercitia ſpiritualia ac cerimonias congregatiōis consuetas/ad utilia ſeruitia/ad compoſitionem tā interioris hominis q̄ exterioris/& alia huiuſmodi quæ in regula & conſtitutionibus noſtris conti‑nentur. Inquirāt præterea de idoneitate & condi‑tionibus eoꝝ/ac etiam ſi in eoꝝ receptione obſer‑uentur præcepta regulæ & conſtitutionum no‑ſtrarum/& ſi recipiant̄ ad profeſſionem ſecūdum priuilegia noſtra : uidelicet : ꝙ recipiantur de conſenſu duarum partium conuentus:& ꝙ profi‑teant̄ Prælato ſub congregatione iuxta formam nobis uſitatam. ¶ Interrogent etiam ipſum Præ‑latum ſi in adminiſtratione temporalium cellera‑rius ſuum ſequatur conſilium & uoluntatem. Si fratribus potiſſime infirmis neceſſaria miniſtret: ſi ſit exemplaris cum fratribus & ſecularibus tā in factis q̄ in uerbis/geſtis/& cæteris moribus. Si temporalia monaſterii diligenter gubernat ac mi‑niſtrat: ſi libros computorum ac rationum mona‑ſterii ſui teneat ordinatos: ſi inſtrumenta & alia monaſterii iura diligenter conſeruet: ſi inuentari um omnium rerum mobiliū monaſterii & immo‑bilium habeat. An uiderit etiam una cum ſeniori‑bus computa monaſterii ſui. Si monaſterium eſt debitis aggrauatū & q̄tum/& quē modū habeat in ſatiſfaciendo: ꝓpter qđ uolumus ut uiſitatores ante receſſum diligenter uideant cōputa debitoꝝ & creditoꝝ monaſterii nec nō redditū & expēſas

Q̃n & qualiter fieri debeat uisitatiões.

ꝙ si uiderint monasterium notabiliter aggrauatum: moneãt Prælatũ ut se temperet a sumptibus nõ multũ necessariis. ¶ Inquirant etiã si qui sint fratres sibi aut aliis superioribus rebelles aut inobedientes: & si correcti non se emendauerint. ¶ Præterea inquirant si ea quæ per uisitatores: aut præcedentia capitula fuerunt ordinata: quantum. s. ad eos pertinet obseruentur. Si regularis obseruantia bene & diligenter custoditur. Si diuina officia ordinate dicuntur. Si ieiunia regularia obseruentur. Si silentia tpibus debitis iuxta regulam tenent. Si inuicem reuerentiam exhibeãt & honorẽ: ac si sint cõpositi tam in choro q̃ alibi per monasteriũ: & potissime in cõspectu hospitum & alioꝝ: & si se cũ eis immiscent nõ uocati. Si hospites cum humanitate & charitate recipiant. Si elemosine iuxta monasterii facultatem ordinatie erogantur. Si priuilegia nr̃æ cõgregationis quæ in illo sunt monasterio aut etiã particularia ipsius monasterii: caute & diligẽter custodiantur: & ea oĩno uideãt. Si uisitatores anni pteriti in uisitatioĩbus suis fuerint negligẽtes: aut superflue curiosi & de aliis huiusmodi: quæ regulam & cõstitutiones & antiquas cõgregationis cõsuetudines: aut alias ꝓut eis uidebitur cõcernunt. ¶ Consequenter uisitatores in absentia Prælati inquirant segregatim ab unoquoq; supradictorum seniorum: de se ipsis inuicem ac de supradictis omnibus ꝓ ut uiderint

cuilibet competere: nec non tam probitatẽ & ſuf-ficientiam eorum: qui promouendi eſſent: q̃ ſolli-citudinem uel negligentiam promotorum diligẽter examinẽt: ſingulorum merita uel demerita in futuro capitulo diffinitoribus narraturi. Ac etiã de qualitate Prælati ſui: ſi ſollicitus ſit circa obſeruantiam regularem tam in ſe q̃ in fratribus. Si corrigat fratrum exceſſus: ſi frequẽtet diuina officia: & capitulũ culparum. Si ſępius exeat monaſteriũ: aut ſi eſt facilis ad dandam licentiam aliis: ut ex leui cauſa exeant. Si fuerit exemplaris in ſua conuerſatiõe tam cum fratribus q̃ cum ſæcularibus. Si in eo aut in aliquo monacho fuerit aliquis notabilis exceſſus: tam in ueſtimẽtis q̃ in aliis quibuſcũq;. Si confert de agẽdis monaſterii cum ſenioribus. Si ſæpius aut ſemel in prædictis defecerit.

❡ Supradicti uero uiſitatores cæteros fratres nõ curent interrogare: niſi neceſſario ipſis pro indaganda alicuius rei ueritate uidebitur expedire. Si autem ultro aliqd dixerint: benigne eos audiant: ac exhortentur ad obedientiam & reuerentiã Prælati ſui: ad charitatem fratrum: ac regularem obſeruantiam. ❡ Videant præterea uiſitatores cedulam: quam a Scriba habuerunt in capitulo præterito in examinatione ipſius monaſterii: & diligenter examinent: quę in ea continentur/ſi uera fuerint: uel falſa capitulo generali relata.

❡ Videant præterea cedulam: quam habuit Prę-

latus a prefato ſcriba tempore capituli: & ſi quę in ea continentur executioni mandauerit. ¶ Tandẽ habita de omnibus prædictis prudenti & diligẽti informatõe/tractent apud ſemetipſos cũ dei timore: quæ ſint monitione: quæ reprehẽſione: & quæ correctione digna: tam in prælato q̃ in ſenioribus cæteriſq; fratribus. Aduertant autem ne faciliter credant omni ſpiritui: ſed probent ſpũs: ſi ex deo ſunt. Nec aliquem ex ſola ſuſpitione condemnẽt: ſed de relatis ad eos: ſi de uiſu uel auditu: ſi faciliter: ſi ab homine graui cæteriſq; circunſtantiis cõſideratis omni cum prudentia & matura deliberatione diiudicẽt. Et ſi quos culpabiles ſiue reos deprehendent: ſimul aut ſeparatim moneant: increpent: & corripiant iuxta exceſſuum qualitatem: & ſecundum conſtitutiones noſtras ordinent in pręmiſſis quæ fuerint opportuna: ita ut ſuo cõſilio & directione cuncta ſecundum deũ bene diſponãt. ¶ Poſſint autem prædicti uiſitatores Prælatum: ſi quem in notabilem exceſſum deprehẽderint incurriſſe: aut minus idoneum ad regimen: adeo ꝙ non abſq; manifeſto ſcãdalo ſeu graui damno monaſterii uſq; ad capituli generalis tempus tolerari poſſit: ſuſpendere: & alium pro eo ſubrogare. Ad euitanda tamen ſcandala: niſi duorum ad minus officio uiſitatorum ac Præſidentis conſenſus acceſſerit: id facere non poſſint: & ſi alias in monaſterio; quiete & pacifice morari noluerit: cũ amo-

uere: & ad aliud monasterium congregationis nostræ transmittere: prout eis uidebitur expedire. ¶ Possint insuper omnes & singulos seniores & officiales monasterii ab eorum curis & officiis suspendere & absoluere: & si iudicauerint expedire ab eorum monasteriis remouere. Caueant tamen ipsi uisitatores: ne inordinata affectione Prælatorum: & aliorum fratrū: uitia uel excessus dissimulando pallient: seu inordinata passione plusq̄: & ubi opus non fuerit: aliquem inculpent seu reprehendant. Nec secundum beatum Augustinū quærant quid corrigant: sed corrigant q̄d inuenerint. Nam sicut ordinatæ: & cum prudentia factæ uisitationes sunt causa obseruantiæ regularis / cōseruandæq; religionis occasio: ita econtrario: imprudenter & inordinate siue cū passione factæ ruinæ occasionē præstant. Iccirco si ipsi uisitatores in aliquo excesserint: sciāt se in gn̄ali capitulo puniendos. ¶ Plane ea q̄ uisitatores repperint in suis uisitationibus alicuius ponderis seu nota digna: aut q̄ ipsi cōponere nequiuerint: redigant in uno folio: diffinitoribus tpe generalis capituli referēda. Statuentes ꝙ si quis uisitatorum aliquo interueniente impedimento ad capitulum gn̄ale minime uenire potuerit: per litteras significare teneatur ea quæ grauia & digna relatione uidebunť: quæq; ipse iudicauerit expedire: sup qbus eius cōscietiam oneramus. ¶ Sed quia cōperimus apud

plrosq3 prælatorum & aliorum fratrum nostro-
rum uilescere uisitatorum congregationis autho-
ritatem in dedecus huius officii & maximam per-
niciem disciplinæ & obseruantiæ regularis. Iccir-
co uolumus & præsenti ordinatione statuimus &
mandamus: ut de cætero patres uisitatores autho
ritate priuilegiorum nostrorum & ordinationum
quæ maxima est muniti/ uiriliter & impigre exe-
quantur officium suū: corrigenda corrigant: mu
tandos mutent: deponendos deponant: & quæ
leuiora sunt per uerbum monem⁹ seu hortamur:
quæ uero grauiora: uel quæ expedit in posterum
obseruari: p uerbū īponimus seu mādam⁹ & ordi
nam⁹ annotata: singula digerāt ī libello quē secū
deferāt ad caplm: ut p̄sidēs & diffinitores p singu
la monasteria examinare & inqrere possint: utrū
per eos ordinata: Prælati: cellerarii & cæteri serua
uerunt. Quod si reperti fuerint aliqui præfatis ui
sitatoribus inobedienres/seu eorum: quæ ab il-
lis ordinata fuerint: transgressores: nouerint se p
qualitate excessus & inobedientiæ puniendos: ip
si uero patres uisitatores dei semp timorem & cō
munem p̄fectum præ oculis habentes: ita circun
specte grauiter & religiose se habeāt: & nō solum
uerbis sed & factis ædificent uisitatos: ut merito
psonis eorum reuerentia & obedientia quæ debe
tur officio: possit impendi: & ipsi meminerint ui
sitationū & officii sui patribus diffinitoribus ra-
tionē

tionem exactissimã reddituros. ¶ Si q uero ex ipsis: aliqd eoꝝ quę in uisitatione acceperint: q̃ sint alicuius momenti: uel unde scandalum oriat̃: aut fratrem qui aliquid deposuerit contra eius uoluntatem reuelauerint: ad idẽ officiũ per sequẽs quadriennium cõtinuũ assumi nõ ualeãt. Prælati uero & alii supiores nullo pacto sint curiosi ad quærendum: quis hoc aut illud dixerit: uel contra eos aliquid deposuerit: grauiter & ipsi si cõtrafecerint puniendi. ¶ Vltimo cõuocent in capitulo prælatum cũ cęteris fratribus & cõmissis: quos breuiter exhortentur ad mutuã charitatẽ & pacẽ: nec non obedientiã & reuerentiã Prælati/&c. ut supra. Et si qd uoluerint monere uel corrigere: id faciãt cũ oĩ humanitate & charitate: & uale facientes: ꝓ se orari petant: & in pace dimittant. ¶ Licentiæ uero datæ a prædictis nullius sint ualoris & momenti: nec eis ulla fides adhibeatur: nisi sint in scriptis cum affixione sigilli. Pax, ut in declaratiõe capituli de ordine congregationis plenius cõtinetur.

¶ De amotione & electione Pręsidẽtis: uisitatoꝝ & alioꝝ ꝑlatoꝝ extra tp̃s capituli gñalis: & de dietis siue cõgregationibus intra annũ cõuocãdis. Cap̃. iii.

PRæsidẽs aut aliquis uisitator si (quod deus auertat) hæreticus/schismaticus: aut manifestus & uoluntarius pręuaricator: & cõtẽptor regulę Sctissi-

mi Patris nostri Benedicti: aut cōstitutionum nrę cōgregationis: aut adeo negligens & remissus repertus fuerit: q ipsius pręuaricatione uel negligētia destructio religionis: bonorꝫ morū: uel obseruantiæ regularis dissolutio: seu scādalum inducatur: moneatur usqꝫ quater a uisitatoribus ut se corrigat. Et si se nō emendauerit: moneat ut cedat officio: si cedere recusauerit: clarescētibus culpis addantur præfatis uisitatoribus quinqꝫ Patres uiciniores Præsidenti: si is fuerit præsidens: uel duo tātum: si fuerit uisitator. Quorum iudicio si due partes consenserint: & periculum esset expectare usqꝫ ad capitulum cā cognita ab officio absoluat. ℭSi uero Prelatus tantum: & nō uisitator ob culpas suas amouendus fuerit pręcedente admonitione congrua: de cōi Pręsidentis & uisitatorum uel maioris partis ipsorum consensu: absolui poterit: etiam citra causæ cognitionem: puta si eis constaret de excessibus uel defectibus Prælati. ℭId ipsum fieri poterit: si pro aliquo bono congregationis: uel ut instituatur in alio loco nouiter acceptādo uel iam acceptato: duxerint amouendum.

ℭCaueant tn̄ Patres & diligenter aduertant qd huiusmodi mutationes nō faciant: nisi urgens cā ita exigat: aut manifestum periculum immineat: si usqꝫ ad capitulum expectaretur. ℭVt periculis uero quæ tempore uacationis monasteriorum facile euenire possent celerius aptiusqꝫ occurratur,

Quia ex priuilegiis apostolicis tempore huius uacationis sine authoritate Præsidentis nulla prouisio fieri põt: Ordinamus quod quãdocũq; & quomodocunq; officium Præsidentis uacare contigerit: antiquior uisitator: qui secũdum priuilegia & ordinationes nostras esse possit: ipso facto remaneat & sit Præsidẽs: omniaq; pagere possit: & omnem habeat authoritatẽ: ac si in capitulo generali Præsidẽs electus fuisset: cæteris in anterioribus constitutionibus contentis in suo robore permanentibus. ℭ Ob nimiam uero locorum distantiã: ne propter hoc congregationi dispendium aliqđ generetur: ab huiusmodi Præsidentis successiõe: uisitatores prouinciæ Siciliæ exclusos esse decernimus. ℭ Et similiter a congregationibus seu dietis: quas in Italia intra annum per regimẽ celebrari contigerit. Et generaliter ubicunq; de certo numero uisitatorum congregando agitur: prædicti Siciliæ uisitatores propter distantiam & difficultatem eos conuocandi exclusi similiter intelligantur. ℭ Visitator uero si aliqua ex prædictis causis amotus fuerit accedente consensu Præsidentis & cæterorum uisitatorum uel minoris partis ipsorum: & duorum etiam Prælatorum ut supra uocatorum: alius in eadem prouincia eligatur.

ℭ Prælato uero quauis causa absoluto: uel si decesserit: de Præsidentis / & maioris partis consensu Visitatorum: alius cum Domini

timore euitata q̄ fieri potest aliorum Prælatorum mutatione eligat̃: & ut citius monasterio pastore destituto prouideri possit: uolum⁹ huiusmodi uacantium monasteriorum tempore ac mandamus conuentibus eorum: quatenus omnes adhibeant sollicitudinem: grauius si negligentes fuerint puniendi: ut eiusmodi causam uacatiõis celerius notam faciant Præsidenti: aut si is unde monasteriũ uacare contigerit Præsidens fuerit ui sitatori: qui omni mora postposita/cęteros omnes uisitatores ubi decreuerit conuocet. Quos si intra. xv. dies: uel plus uel minus: sicut pater Præsidens iudicauerit expedire: postq̄ id cognouerit: adesse nõ posse perpenderit: ne ex longa uacatione periculum occurrat: Ordinamus ꝙ tot Prælatos quot desũt uisitatores: suo & congregatorum uisitatoꝝ iudicio eligendos aduocet & monasterio prouideat. Præfatorum autem Præsidentis uisitatorum/aut Prælatorum nullatenus admittat̃ renunciatio/nisi ex legitima causa & totius regiminis accedente consensu supplendo uocem alicuius Prælati ubi uox regiminis ulla deesset. ¶ Aduertant aũt ꝙ si quando ꝑ huiusmodi & similibus congregationem aliquam fieri contigerit non sint nisi septem cõputatis oibus' ut totũ regimẽ repſentent. ¶ In quibus qdem congregationibus in omnibus expediendis' & quæ tractari contigerit/nihil cẽseat̃ conclusum/nisi ex tribus partibus duę consentiãt

in qua quidem congregatione tantum septem in tersint. ℂ Quæ quidem ordinatio in omnibus ꝓ uisionibus: quas intra annum fieri contigerit in uiolabiliter obseruetur: excepto si (quod deꝰ auertat) Præsidẽtẽ aut uisitatorem intra annũ amoueri necesse fuerit: in quo casu antiqua: quę supra in eodem capitulo posita est seruabitur ordinatio. ℂ Et quoties contigerit per patrem Pręsidentem pro alicuius monasterii uel Prælati prouisionẽ intra annum congregationem aliquam: seu regimen conuocari: ut electio sit libera/legitima/& iuridica: & quia in specie huic uel illi monasterio/ melius q̃ in genere prouidetur: possint patres cõuocati etiam alios nominare: quibus in cedulam redactis balotentur omnes secundum professionis ordinem: ita tamen /ut primo balotentur habilitati a diffinitoribus. Et qui plures uoces habuerit: dummodo duæ partes congregatorum patrum in eum conuenerint: cæteris præferatur. In uocum autem paritate: professione superior præponatur. Et non solum in prædictis: sed etiam in quibuscunqꝫ aliis: de quibus per patrem Præsidẽtem: in congregatione aliqua tractari contigerit: teneatur ipse Præsidens & debeat: quæcunqꝫ proponere. super quibus ab aliquo congregatorum patrum fuerit reqsitus. ℂ Nullus aũt fratrũ nostrorum tempore huiusmodi congregationis prę

sumat aliqua prætensa occasione uenire illuc uel ad loca circũuicina non uocatus sub eadem pœna qua supra puniant̃ huiusmodi uenictes ad caplm non uocati. Si uero plātus fuerit / uoce actiua & passiua in electione diffinitorꝝ pxime futura care at. ℂ Ne uero ex hmõi uacatiõibus monasteriis nr̃is dispendiũ aliqd̃ pſertim in spũalibus euenire queat / statuimus ut de cætero in locis sic uacanti- bus / q̃ uices Prelati gerunt in ipsis monasteriis au thoritatem habeant in spũalibus tm̃ / quã dum ui ueret aut pſens aderat Prælatus / habebat. Idem quoq; censemus cũ plāti ad caplm accesserint ge- nerale / quam authoritatem in pdictis tantũ duo- bus casibus uices platorꝝ gerẽtes habere uolum⁹ usq; ad accessum instituendi plāti ad monasteriũ uel sic instituti / nouam dispositionẽ. etiam si talis uices gerens interea mutatus fuerit. Sed & ipsi p- lati ne qñ ppter eorꝝ absentiam / monasteria detri menta incurrant maxime in spũalibus / constitutis in monasteriis suis officialibus / Prioribus Clau- stralibus / uel q̃bus maluerint authoritatem : qua fungi uelint : si eos abesse contingat / tam sup casi- bus reseruatis erga fratres / q̃ erga confessiões se- cularium : & reliqua sicut opportunum fuerit de- clarẽt. ℂ Cellerarii uero & alii fratres qui tempo ralia administrant prædictis temporibus / ad ipos ut præmisimus / uicem Prælatorum gerẽtes recur

tant/& obedientes sint/consilioq; & uolūtate eorum cuncta faciant & disponant.

¶De monachoꝶ & alioꝶ fratrum mutatione. Cap.iiii.

SIcut Prælatoꝶ ita & fratrum nostræ congregationis discreta mutatio/plerunq; utilis & necessaria est:attenta presertim uniuersali unitate toti⁹ corporis congregationis. Fit enim ut cum de monasterio ad monasteriū transferunť/ charitas plurimum augeať & affectio cōmunior fiat. Dū multa monasteria unū corpus congregatiōis esse/charitate hoc efficiente/experiunť. ¶ Si qñ ergo etiā extra tempus capľi fratrē aliquē ipso ēt uel ꝑlato suo inuito:pr̄es regiminis ad aliud monasterium trāsferendū/& ad ibi cōmorandū mādauerint/eis omnino parēdū cēsemus:similiter si in uisitatiōe aut ēt post uisitationē monasterii alicuius uisitatores id agendū iudicauerint:uolum⁹ ut eis obediať/ut supra ꝓxime p̄cedēti capľo. Si aūt necessaria & legitima cā subsistēte utputa ꝓ monasteriō reformādo infirmitate supueniēte:uel supuentura:si citius mutatio aeris non succurrat/uel ꝓ euitando scandalo & similibus: Præsidens & duo illius monasterii uisitatores/fratrem mutandum mādauerint/etiam inuitis Prælatis mittente & recipiēte ac ēt ipso fratre/eis obediendum mandam⁹.

computandum a die qua illud ingreditur: uoce actiua & passiua in capitulis generalibus & particularibus omnino carebit: & per biennium in dicto monasterio ad officium seniorum/nisi per capitulum generale cum eo fuerit dispensatum/ nõ poterit assumi: ut ex hoc eius comprobetur humilitas: & ædificentur qui fuerant scandalizati: fiat tamen hoc ultimum de consensu Prælati/ ad quẽ mittitur. ¶ Ordinamus insuper ꝙ nullus uisitatorum/etiam si Præsidens fuerit: authoritate officii sui aut alio quouis modo possit aliquem fratrem de aliquo monasterio nostræ congregationis/auferre/& eum in monasterio sibi commisso deputare; sed si aliqua indigebit fratrum prouisione duo alii uisitatores aut Præsidens cum uno uisitatore huiusmodi sibi faciat prouisionem. ¶ In congregationibus autem quæ fiunt intra annum hortamur patres/ne fiant mutationes fratrum/nisi in casu alicuius necessariæ prouisionis/ sed reseruẽtur capitulo generali/seu uisitatoribus in actu uisitationis: quia tũc melior notitia dictorum fratrum & causarum haberi poterit.

¶ De expensis faciendis in mutationibus fratrum. Cap. y.

QVando fit mutatio alicuius fratris de monasterio ad monasteriũ: aut dicta mutatio cedit ad cõ

modum monasterii de quo mittit̄/aut monasterii ad quod mittit̄/aut utrorūq;. In primo casu oēs expensæ necessario faciēdæ in itinere occasiōe dictæ mutatiōis spectabūt ad monasterium/de quo mittit̄. In scdo ad monasteriū ad qd mittit̄. In tertio casu expēsæ utrisq; monasteriis cōmunes erūt Si aūt in dubiū uerteret̄ an mittētis/an recipiētis monasteriū ex tali mutatione cōmodū recipiat: stet̄ arbitrio diffinitoꝝ/aut Præsidētis intra annū uel alicuius uisitatoris. Si uero alicuius grauis infirmitatis causa/aliqs frater mutaret̄ de monasterio ad monasterium/ultra expensas itineris monasteriū de quo mittit̄ ꝓuideat monasterio ad quod mittit̄ ēt de expēsis faciēdis occasiōe infirmitatis dicti fratris/arbitrio diffinitoꝝ/aut Præsidētis/& duoꝝ uisitatoꝝ intra annū/uel saltē duoꝝ ipsoꝝ: q̄ cōmodius haberi poterūt/si opus fuerit. Ceteꝝ si cōtingat aliquē fratrem esse adeo incorrigibilē & scandalosum (qđ deus auertat) q̄ in ꝓprio monasterio ꝓpter scandalū aut legitimā cām in domo custodiæ recludi seu puniri ñ possit: sed ĩ alio monasterio esset recludendus/in hoc casu monasteriū de quo mittit̄ ultra expensas itineris ꝓuideat monasterio/ad qđ est missus ēt de sibi necessariis. Cēsemus. n. sufficere/q̄ monasteriū ad qđ tales/ut p̄mittit̄/īfirmi & scādalosi mittunt̄ ipoꝝ incōmoditate grauet̄ absq; hoc q̄ etiam eis de necessitatibus prouideat.

De fratribus mittendis ad sanctum Paulum. Cap. vi.

ET quia omnis regula patit exceptionem/ & non egent sani medico: consideratis infirmitatibus in quas sæpissime fratres nri sancti Pauli de urbe incidere consueuerunt pp aeris intemperiem: ut fratres illuc mittēdi alacrius pergant/quo sibi humanius prouideri senserint: ordinamus & concedim⁹ q̄ fratrum taliter mutandorum per diffinitores ita fiat distributio/q̄ omnia monasteria equaliter suum sustineant grauamen iuxta monasteriorum qualitatem & conuentuum numerositatem & paucitatem. Cæterum ne pro sumptib⁹ itineris fratrum taliter mutandorum ulla oriatur contentio uel differentia non obstantibus constitutionibus alias sup eiusmodi sumptibus ob mutationes fratrum editis/qbus in hac tm̄ pte derogamus. Ordinamus q̄ amodo sumptus fratrum eūtium ad sanctum Paulū p dimidia pte soluant p monasteria unde dicti fratres mittunt/& pro a'ia dimidia per monasterium sancti Pauli/ad qd mittuntur. Pro redeūtibus uero a sancto Paulo/siquidem ipsi fratres fuerint infirmi sumptus in itinere faciendos soluat ipsum monasterium sancti Pauli/si uero sani fuerint tunc p medietate ipsos sumptus faciāt monasteria/ad quæ fratres redeunt/& pro alia medietate monasteriū sci Pauli. Quocirca saluti p

cem in menſe pro qualibet perſona: & totidem ꝓ iumento: excipiendo tamen a prædictis perſonā patris Præſidentis & aliorum patrum: qui pro uti litate & negotiis congregationis ad curiam acceſſerint. ℂCum autem ad aures noſtras peruenerit mutatos a ſancto Paulo: multa ſecum ſuperflua tranſportare: iccirco imponimus mutatis a prædicto monaſterio ſub pœna degradationis anteq̄ diſcedant: ſuas ſarcinulas abbati uel ſuperiori oſtendant: & cum primum ad monaſteria ſua applicuerint: ſarcinulas dictas Prælato ſuo præſentent cum effectu: & omnia ſuperflua eis auferantur: ut ſic indemnitati monaſterii ſancti Pauli prouideatur: & omnis proprietatis occaſio a fratribus noſtris penitus amputetur.

ℂIn fauorem quoq; Vaſſallorum monaſterii ſancti Pauli de urbe: ne cum graui ſuo diſpendio & incommodo pro leuibus cauſis neceſſe habeant uenire: aut mittere ad capitulum generale; tanq̄ pii Patres: filiorum indemnitati: expenſis & laboribus conſulentes: ſtatuimus & ordinamus: ut ad uenerabilē Patrē Abbatem Sancti Pauli immediate dominum & ſuperiorem ſuum: qui pro tēpore fuerit: ſemper ut decet/ recurſum habeant. ℂCui eo magis prefatos ei⁹ Vaſſallos: & enixius commendamus: quo fideliores in dies & magis deuotos nobis & eidem monaſterio effici experimur. ℂQuod ſi qua magis ardua emerſerint: aut

in aliquo a præfato Abbate se læsos/aut grauatos senserint: recursum inde ad Patres uisitatores pro tempore existentes habeant.

℄ Quibus/quando monasterium sancti Pauli uisitant/ut etiam oppida eiusdem monasterii uisitent: imponimus: & quantum ad hoc uices diffinitorii nostras committimus. Querelas & differentias: pro quibus ad capitulum uenturi essent: audiant: decidant: & summarie iusticiã ministrẽt. ℄ Quæ omnia ut commodius in prædictorum Vassallorum beneficium & quietem exequi ualeant: Nazanum se transferant uisitatores præfati & singulis oppidis pręsentiam suam significare teneantur: eamq; ibi moram trahere quam pro necessitate prædictorum ad effectum huius constitutionis nostræ iudicauerint expedire.

℄ De monasteriis nouiter acceptandis. Cap. vii.

NE facilitate qualibet sed mature & circũspecte in acceptandis monasteriis procedatur. Volumus quod generale capitulum: ad quod solum huiusmodi acceptationes pertinere decernimus/primo attendat cum de acceptando monasterio aliquo tractatur si reformatis congregationis monasteriis sufficienter supersint patres & fratres/qui sufficiant reformationi nouiter acceptandi monasterii. ℄ Qui si reperti fuerint; mittantur duo gra

ues & experti Patres: ad uidendum præfatum monasterium: & inquirendum si habet conditiones: quæ requirunt̃ ad regularem obseruantiã: uidelicet, ꝙ sit in bono aere & situ spatioso: solitario: & nõ tumultuoso: & si in ciuitate uel extra ciuitatẽ: prope miliare uel circa: ut non inquietet̃ bellorũ tumultibus: nec grauentur fratres ex itineris lõgitudine: & in loco ubi nõ possint fieri turres & propugnacula: si sit sine cura animarũ & habeat officinas utiles & necessarias ad regularem obseruantiam: uel ꝙ faciliter reduci possit: si hẽat libros: paramẽta: calices: & cætera necessaria ad diuinũ cultum: si habeat possessiões siue redditus pecuniaꝝ in loco tuto & pacifico: quæ sufficiant pro sexdecim personis & aliis monasterii oneribus supportandis: ꝙ non sit debitis aggrauatũ: & si qua sunt huiusmodi. ¶ Quæ omnia diligẽter discussa fideliter referant capitulo/seu regimini/aut aliter ꝓut capitulum decreuerit. ¶ Quod si omnibus supradictis cõditionibus quas pro maiori parte Præfatum monasterium habere uolumus consideratis: ac etiam si monasterium sit in ciuitate pacifica ubi uerisimilet̃ speratur aĩarũ fructus: decreuerint acceptandũ: nõ pri⁹ mittãtur fratres ad dictum monasterium: nisi unitum fuerit congregationi per bullas Apostolicas: & nisi officinæ & mansiones fratrum antea fuerint competenter reparatæ:

¶ Aut si cõtigerit tale mõasteriũ habere Abbatẽ

siue cõmẽdatariũ/q nollet titulo renũtiare: tunc in eo casu per cessum uel decessum poterunt fieri pacta & conuentiones cum Prælato prædicto: prout melius & utilius pro congregatiõe uidebit expedire/quæ in publicam formã redactæ eo ipso confirmationis aplicæ sunt robore suffulta: ut patet per priuilegia sanctæ memoriæ Eugenii papę quarti sub data.1432.nono kalẽdas Decẽbr.§.Ad diciẽtes. Et Alexandri sexti sub data.1501.kalẽdis Aprilis.§. Ac etiam Præsidentiæ. Quæ priuilegia inspiciant. Quo facto prouideant de Prælato/ seniorib⁹/& sufficienti conuentu iuxta conditionem monasterii. ¶ Q d si caplo generali uidebit huiusmodi reformationem intra annum fieri debere/committãt regimini iuxta prædictam formã. Quotiens autem intra annum tractandum esset de reformatione alicuius monasterii ex eo q periculosa esset dilatio usque ad capituli tempus: habeatur recursus ad Præsidentem. Qui si una cum uisitatoribus & aliis Prælatis/ut supra in capitulo tertio: de amotione Præsidentis: de communi consensu iudicauerint huiusmodi acceptationem esse utilem & necessariam nrę cõgregatõi mittãt duos idoneos patres ad inqrendũ de monasterii conditionibus iuxta omnia supradicta: & referant caplo proxime futuro: si differri poterit si autem piculum esset in mora: ut prædictum est

tunc per ipsos Patres tale monasterium acceptet: maxime si tale esset monasterium: cuius reformatio cederet euidenter in magnum congregationis cōmodum & augmentum. ¶ Aduertant tamē regimen & Patres mittendi ad inuestigādas monasterii conditiones: ne aliquid promittant aut se obligent uerbis alicui: sed omnia referant capitulo uel regimini terminanda: ut supra.

¶ Cæterum strictius inhibemus: ne aliquo dex nostræ congregationis monasteriis dimittat: aut ab ipsa cōgregatione alienet: nisi ex quatuor tres partes omniū fratrum: qui habēt uocē in capitulo generali cōsentiant. Hoc tn̄ nō intelligimus qn in casu pmutationis id fieri possit: scilicet si dimittatur unū: ut in eadē diocesi & aliud acceptetur.

¶ Si uero de aliquo monasterio monialiū sub cura congregationis aut particularis monasterii nostri acceptando tractabit quod quātum possibile erit: omnino est euitandum: nisi de consensu duarum partium prælatorum totius congregatiōis q capitulo generali intererunt: etiam ad uisitationē tantum acceptari non possit.

¶ Quō subsidia celebrent p fratribus defunctis. Cap. viii.

CVm quis monachus: cōmissus uel nouitius peracto cursu huius labilis & erumnosæ uitæ spiritum

domino creatori ſuo reddiderit: ut charitas uiuen ti exhibita etiam defuncto ſeruetur: Volumus ut in loco ubi frater in domino requieuerit: uel ſepul turæ traditus fuerit: officium totum perſoluatur ſecundum rubricam Romanæ curiæ in die fune ris. Cantetur etiam miſſa ſolenniter ſi fieri poteſt & tempus permiſerit: alias ſequenti die. Die quo que ſeptimo: trigeſimo & anniuerſario depoſitio nis ſemel tantum miſſa conuentualiter celebretur cum reſponſorio. Libera me domine: cum uerſi bus ſuis & oratione in fine: ſicut moris eſt.

¶ Pater uero monaſterii ipſius: in quo defun ctus eſt frater: ſcribat cæteris patribus congrega tiōis notificādo diem dormitionis in domino: & nomen fratris defuncti omnino: nec præter mit tatur ex negligentia: prout nōnulli faciunt: in de trimentum animæ ſuæ & proximi defuncti.

¶ Qui patres habita notitia fratribus denunciēt artius eis animam fratris ipſius defuncti commen dando. Et quāprimum fieri poterit ſinguli in ſuis monaſteriis conuentualiter celebrari faciant miſ ſam pro defuncto fratre aut pluribus. Sicut nun tiatum eis fuerit.

¶ Et quia olim ſacerdotes triginta miſſas ꝓ quo libet defuncto fratre dicere tenebantur: quia nūc deo propitio tantum creuit congregatio noſtra: & cōſequenter quolibet anno numerus defuncto rum / ad tollēdum ſcrupulum de mentibus fratrū

declarantes ordinamus: ut sacerdotes singuli in triginta missis ad participationem tantum huiusmodi defunctos admittant: memoriamq; faciant expresse uel secrete: ubi solennitas diei non pateretur huiusmodi commemorationem fieri: cæteri autem monachi & commissi in suis officiis mortuorum usq; ad triginta dies idem faciant.

¶ In monasterio tamen in quo aliquis requieuerit frater dicantur triginta missæ pro animæ eius remedio: quarum distribuendarum cura sit sacristæ eiusdem monasterii.

¶ Et quia post precum emissionem ad extinguendos purgatorii cruciatus multum confert elemosina: Ordinamus: quatenus in mõasterio: in quo frater decessit ponantur quotidie in loco: ubi sedere solitus erat ad mensam in refectorio: omnes cibi & uinum: sicut singulis fratribus datur: ac si uiueret: quæ postmodum dentur in elemosinam ꝑ anima fratris defuncti alicui pauperi: uel pluribus: aut tantundem: sicut superior ordinauerit usq; ad triginta dies. Nullusq; sedeat in loco illo: sed uacuo remanente apponatur crux parua lignea super mensam iuxta locum uacuum in memoriam defuncti: ut fratres memoria mortis compuncti: & pro fratre feruentius orent: & ad perfectius uiuendum excitentur. Ordinamus insuper: quod singulis annis in solutione capituli generalis imponantur triginta missæ ꝑ quolibet

Quō subsidia celebrent̄ ꝓ fratrib⁹ defūctis.
monasteriorum nostrorum ꝓ habentibus litteras gratiosas: qui illo forte anno decesserint: quas q̄dem missas ꝓ unoquoq; monasteriorum nostrorum sufficere uolumus ad debiti nostri & dictarū lr̄arum gratiosarum satisfactionem. ¶ Charitatis etiam affectum erga fratres congregatiōis nostræ exercere uolētes uniuersos parentes / fratres & sorores fratrum nostrorum præsentium & futurorum ad participationem omnium bonorum: quæ in nostra fiunt & fient congregatione: quēadmodum illis fit: quibus litteræ gratiosæ conceduntur admittimus. Prohibentes ne quis de cætero pro prædictis litteras gratiosas requirat. ¶ Et sciendum q̄. S. D. noster Leo decimus concessit / q̄ omnes sacerdotes cōgregationis nostrę qui super altare sanctissimi patris nostri Benedicti in monasterio Casinēsi: uel super altare sanctæ Iustinæ in monasterio suo paduano celebrauerit tres missas pro anima cuiuscunq; fratris defuncti siue patris / matris / fratris / uel sororis alicuius ipōrum fratrum: impetrabunt & obtinebunt illis plenam remissionem omnium pœnarum eis in purgatorio debitarum. Et hæc gratia durat in perpetuum: quæ data fuit ut supra uiuę uocis oraculo: & quantum se plenitudo apostolicæ potestatis extendit: quam gratiam idem summus Pontifex ad affines nostros; & ad omnes benefactores congrega

gregationis deuotos & beniuolos prorogauit.
¶ Idem quoq; ſummus Pontifex conceſſit ut qui cunq; ex monachis dictæ congregationis in altari ſancti Seuerini de Neapoli: uel in altari/q̃d dedicatũ eſt ſanctiſſimo patri nr̃o Benedicto in monaſterio ſancti Saluatoris Papiẽſis unã miſſam ꝓ defuncto monacho cõmiſſo uel oblato/& pro affine monachorum dictæ congregationis uſq; ad ſecundum gradum incluſiue celebrauerit liberationem illius animæ a purgatorio/pro qua miſſa celebrata fuerit conſequi mereatur in omnibus & per omnia/perinde ac ſi in altaribus ſanctorum Gregorii uel Sebaſtiani quæ ſunt Romę celebraſſet / omniaq; illa feciſſet / quæ ad liberationem huiuſmodi eſſent opportuna: & hoc uiuæ uocis oraculo.

¶ De anniuerſariis ꝑpetuo celebrandis. Capitulum. ix.

NE tantorum bonorum inerti obliuione memoria ſopiatur quanta per ſummum diuinæ memoriæ Eugenium quartum huic congregationi noſtræ gratiis/priuilegiis/beneficiiſq; innumeris collata ſunt: ꝑ quæ non modo ſtabilita uerũ ẽt plurimum augmẽtata exiſtit irreuocabili edicto ſtatuimus ꝑ omnia noſtræ congregatiõis monaſteria p̃ſentia & futura ſingulis annis die. xxiii. Februarii.

anniuersarium conuentualiter celebrari ꝓ eiusdē Eugenii summi placida requie. ℭ Aliud consimi liter eadem firmitate celebrari statuimus die. xix. Septēbris ꝓ felici requie Reuereñ. pr̄is nostri Ludouici Barbo/primi fundatoris huius nr̄æ cōgregatiōis ac præcipui directoris institutorisq̃/quondam Abbatis sanctæ Iustinæ Paduanæ/ ac deide ꝓ firmiori stabilitate p̄fatę cōgregationis in epm Taruisinū assumpti. ℭ Fiāt p̄terea annuatim tria anniuersaria cōuentualiter unum ꝓ oībus fratribus nr̄æ congregationis: aliud ꝓ benefactoribus nostris defunctis: tertium uero pro benefactoribus uiuis dicēdo missam ꝓ peccatis: quæ anniuersaria celebrent̄ p monasteria nostræ congregationis post primā diem Septēbris diebus/q̄bus habilius celebrari poterūt. ℭ Quoniā insup. Reuerē. dominus Guido de Gonzaga/ dū ageret in humanis præcipuus benefactor nr̄æ congregationis extitit: & presertim monasteriorum sancti Bn̄dicti: sanctæ Instinæ: sanctæ Mariæ de Pratalea: sancti Georgii Martyris: sanctæ Euphemiæ Brixiensis: ac Abbatię Florentiæ: iccirco oībus & singulis p̄fatis monasteriis singulis annis ꝓ animæ eius remedio ad beneplacitum capl̄i generalis anniuersarium depositionis eiusdem diem imponimus celebrandum: qui anniuersarius dies est decima Septembris.

Bulla Leonis decimi ꝓ celebrãdo capitulo.

Eo eps seruus seruorum Dei:ad ꝑpetuã rei memoriã. Gregis dñici supna nobis dispõne cõmissi uiribus licet imparibus curã gerentes ad singuloꝶ fideliũ/pia & religiosa collegia/in qbus militans xpi sponsa repsentat ecclesia nr̃æ meditatiõis aciẽ passim reflectimus: & q̃ ad illoꝶ quietẽ & fœlix regimen necessaria esse noscunt/ut nostræ ꝓuisionis ministerio uotiue succedãt/opem & operam impendimus efficaces ꝓut uarietate tẽporum & rerum qualitatibus bene perpensis in domino conspicim⁹ salubriter expediri. Sane multoꝶ fide digna relatio ad nostrũ deduxit auditum:ꝙ licet menasterioꝶ & aliorum regularium locorum ac dilectorum filiorum monachorum congregationis Casinensis al's sanctę Iustinę de Padua ordinis sancti Bñdicti numer⁹ (benedicente domino)auctus non mediocriter fuerit:tamẽ onus & cura eorum regiminis/qbus in plures personas/per uicissitudinẽ gubernandi diuisis/congregatio prædicta/multorum rectorum adiuta præsidio/præseruari facilius possit a noxiis/ & maiora in spiritualibus & temporalibus susciperet incrementa/apud paucos & plerunq; diuersis inuicem succedẽtibus officiis/in eadẽ congregatione grauatos longo tẽpore residẽt & perpetuitate quadam in illis non sine illius con

gregationis nota & quandoq̧ iactura: præ se ferre uidentur: Quare nos/qui etiam per multos ante annos: q̄ ad apostolatus apicem uocaremur: fami liarem cum dictæ cõgregationis monachis habui mus consuetudinem: & ipsos ob eorum inter cæ teros disciplinam monasticam ꝓfessores: uitæ sin ceritatem: religionis zelum: & exemplares mores atq̧ uberes fructus: quos in agro domini ꝓducere nũq̄ desinũt singulari fuimus semper dilectiõe complexi: & ut celeberrimum illud monasterium Casineñ. dicti ordinis nullius diocesis: a quo dicta cõgregatio: mutata denoĩatione antiqua: illu stre sumpsit cognomen/& quod nos tunc cardina latus honore fungentes: in cõmendam obtineba mus: eidem cõgregatiõi/ per eos/iuxta eoꝝ lauda biles ritus: & regularia instituta reformandum ꝑ petuo concedi curauimus: etiã mõ cõgregationẽ eandẽ: crescentibus in illius ꝑsonis quotidie meri tis: in uisceribus gerimus charitatis. Desiderãtesq̧ sũmope: ut dicti monachi: sicuti in spũaliũ cultu sunt uità conspicui/& exemplo fructuosi: sic etiam in temporalium administratione/& totius regimi nis ministerio ab omni ambitionis labe / exhibeãt se imunes: & rerũ gerẽdarũ cura/in plures frequẽ ter diuisa neminẽ abstrahat a studiis & meditatio nibus diuinorũ congregationem prefatos & illius singulares ꝑsonas/a q̄bus uis excõicationis suspẽ sionis & interdicti/ aliisq̧ ecclesiasticis sententiis/

censuris & pœnis a iure uel ab homine/quauis occasione uel causa latis: si quibus quomodolibet innodati existunt/ad effectũ p̃sentium dũtaxat consequendum harum serie absoluentes: & absolutos fore censentes/motu proprio non ad cõgregationẽ huiusmodi aut alicuius pro eis oblatæ nobis super hoc petitionis instantiã: sed de nostra deliberatiõe: & ex certa scientia auctoritate apostolica tenorem p̃sentium dũmodo maioris partis Prælatorum habentium uocem in capitulo dictæ cõgregationis proxime celebrando: ante illius inchoationẽ ad infrascripta expressus accesserit assensus statuimus & ordinamus q̃ ex nunc de cætero in perpetuũ regiminis dictæ cõgregationis qui post bienniũ: & capituli qui post annũ: Præsidentes finitis eorũ officiis præsidentiæ huiusmodi respectiue ad eadem officia eligi poterãt/ante quadrienniũ a fine ipsorũ officiorũ cõputandũ lapsũ ad regimĩs aut capituli/quibus respectiue p̃fuerint/p̃sidẽtiam assũmi nequeant. Idemq; Præsidẽs regiminis: cui ad uisitationis officium nulla dabatur uacatio: uisitationis cura careat per biennium a suæ p̃sidẽtiæ fine cõputandũ: & tam Monachorũ dictę Congregationis q̃ sub illorũ cura degentium pro tempore Monialium/Visitatoribus qui post annum nõ p̃hibebantur in Visitatores assumi/interdictum ante bienniũ sit idem uisitationis officium. Nec lice-

at cuiq̃ in diffinitoriatꝰ dictę congregationis offō ultra bienniũ remanere: sed debeat per integrum uacare bienniũ anteq̃ diffinitor rursum ualeat deputari. Et hæc locum sibi uendicēt tam quo ad futuros q̃ ad eos qui superioribus annis fuere habita ratione tp̄is: quo p̄esse destiterunt regiminis & capituli Præsidentes & diffinitores/ac Monachorum & Monialium Visitatores cōgregationis huiusmodi. ¶ Circa electiones aũt & scrutinia p̄sonarum ad p̄sidentiæ capituli & diffinitoriatꝰ officia p̄dicta assumendarũ: ut absq; congregationis dispēdio maxime hoc primordio: & cũ eligentiũ libertate fidelius & tranquillius celebrent̃ modum & formam sequentes uolumus obseruari: in futuro gn̄ali capitulo presentis anni: nomina diffinitoꝝ: q in p̄ximo p̄senti capitulo fuerunt: quos nouem esse intelleximus coniiciantur in pixidē & ex eis: si omnes ibi adsint sex alioquin tot minus/quot absentes fuerint usq; ad sex absentibus in p̄ntibus computatis: sorte ex dicta pixide trahant̃: & hi tres quorum noīa pixidem non exierint: uel si magis expedire uidebit̃: omnes nouem uel quot ex eis p̄sentes erunt: scrutinio subiiciant̃ & eoꝝ tres quibus plura fuerint suffragia/una cum aliis sex de nouo eligendis ad idem diffinitoriatꝰ officium in electione concurrant: & si electi fuerint ēt diffinitores remaneant futuro ãno dũtaxat: Sex uero reliq quos

sors eduxerit uel suffragiorum fauor depresserit: in diffinitores ea uice: & alio imediate sequenti capitulo eligi nequeant: Idemque ordo sortis tamen usu reiecto uigeat in futuris: ita ut ex nouem antecedentis anni diffinitoribus semper tres quos suffragiorum fauor cæteris ante tulerit: ut pferatur cum sex aliis de nouo eligendis pro aliorum faciliori in rebus pro dicta congregatione gerendis instructióe: ad ipsum diffinitoriatus officiũ eligibiles sint: sed nullus in eo ultra bienniũ durare possit: & cum in sequentibus capitulis de diffinitorum electione agendum fuerit: nomina eorum omnium: qui ea uice in diffinitores assumi poterũt: in urnam aut saccum mittantur: & deinde super eorum singulis prout ex urna uel sacco hmói educentur: scrutiniũ fiat per suffragia: nouem ipsorum qui pluribus suffragiis adiuuabũtur diffinitores sint. Rursus de ipsis nouem sic tunc electis ad psidentis capituli officiũ scrutinium celebretur: & ille ex eis psideat ea uice in quẽ plura conuenerint suffragia: & si in diffinitorum uel psidẽtis capituli huiusmodi electióibus duos aut plures suffragiorum numero pares esse contingat: ille alii uel aliis pferatur: quẽ cõstiterit in professionis emissione cæteris cum eo concurrentibus fuisse priorem suffragiaque ipsa in pdictorum præsidentis capituli & diffinitorum electionibus: quæ ante hac per cedulas pstabuntur per fabas siue balotas sor

ma aut colore distinctas in pixide secrete mitten-
das de cætero ministrentur: decernentes præmissa
omnia & singula debere ab omnibus modernis &
pro tpe existentibus p̄sidentibus diffinitoribus ui
sitatoribus Abbatibus & aliis dictę congregatio-
nis monachis cōmissis & personis quibuscunq; in
uiolabiliter obseruari. Et eos qui sciēter in aliquo
contrauenerint: aut alios contrauenire malitiose
ꝓcurauerint excōicationis latæ sentētiæ a qua ni-
si a Præsidente regiminis: p̄terq̄ in mortis articulo
constituti absolui nequeant & inhabilitatis ad uo
cem actiuam & passiuā in dicto capitulo generali
& ad dignitates gradus & administrationes in di-
cta congregatione pœnam quinquennio duratu-
ram incurrere ipso facto. Eisdem quoq; pœnis &
censuris: eos qui circa diffinitorum electionem
per se uel per alios directe uel indirecte quocun-
que tempore praticas fecerint: seu ab aliis pra-
ticati uel alias conscii: aut quomodolibet talium
praticarum notitiam habentes: & ante non reue-
lantes ligari & inuolui. Nec non irritum & ina-
ne: quicquid secus super his a quocūq; quauis au-
ctoritate sciēter uel ignorāter contigerit attentari
¶ Et ne cuiusuis ambiguitatis scrupulo salubrem
Diffinitorum huiusmodi electionem Præsidētis
præsentium executionem retardet: dilecto filio
Ignatio Abbati dicti monasterii Casineñ. cui sup

præmissis omnibus aperuimus mẽtem nostram: & de quo in his & aliis/ speciale in domino fiduciam obtinemus: dubia quæcunq;/quæ super præsentibus/& eorum dispositione forsan emerserint interpretandi & declarandi/ non obstantibus cuiusuis litteris ẽtin forma breuis cũ qbusuis clausulis quas in futurũ a nobis emanare contigerit: nisi in illis totius tenor præsentium litterarum de uerbo ad uerbum insertus foret: motu & scientia similibus: plenam concedimus facultatem et nihilominus in uirtute sanctę obedientiæ per Apostolica scripta mãdantes quatenus ipse per se uel alium seu alios faciat prę́sentes litteras ubi & quatenus ei expedire uidebitur solẽniter publicari: & contenta in eis firmiter obseruari. Cõtradictores quoq; per censuram & pœnæ prædictarum declaratiõem & alia quæuis opportuna remedia appellatione qualibet omnino postposita compescendo. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacii pp. viii. pdecessoris nostri: qua cauetur: ne iudices a sede Apostolica deputati extra ciuitatẽ & diocesim: in quibus deputati fuerint: cõtra quoscunq; procedere: aut alii uel aliis uices suas cõmittere præsumant: & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac statutis & consuetudinibus ordinis & congregationis prædictoꝝ iuramento cõfirmatione Apostolica / uel quauis firmitate alia roboratis: priuilegiis quoq; & indultis

apostolicis cum qbusuis etiã derogatoriarum de-
rogatoriis/aliisq; fortioribus efficaciorib⁹ & inso
litis clausulis irritãtibusq; decretis/ illis concessis
approbatis pluries inouatis/qbus al's in suo robo
re pmansuris/inq̃tum p̃ntibus obstãt motu & scia
similibus spãliter exp̃sse derogam⁹: cõtrariis qbus
cunq; aut si dictis p̃sidentibus diffinitoribus & ui
sitatoribus p tpe existẽtibus: uel qbusuis aliis cõi
ter uel diuisim/ab eadẽ sit sede indultum/q̃d inter
dici/suspẽdi/uel excõicari non possint p lr̃as apl'i-
cas nõ faciẽtes plenã exp̃ssam/ac de uerbo ad uer-
bũ de indulto hmõi mentionẽ. Nulli ergo hoium
liceat hãc paginã nr̃orum absolutõis/statuti/ordina
tionis/ uolũtatis decreti/cõcessiõis/mãdati & de-
rogationis infringere/uel ei ausu temerario cõtra
ire. Siqs aũt hoc attẽtare p̃sumpserit/idignationẽ
oĩpotentis dei ac beatorum Petri & Pauli aplorum ei⁹
se nouerit incursurũ. Dat. Floren. anno incarna-
tionis dñicæ. M.D.XV. x. kal'. Martii. Ponti.
nostri anno tertio.

D. de Comitibus.

REGISTRVM.

a b c d e f g.

Quaterniones omnes p̃ter g q̃ est ternus.

1 =

IN NOMINE DOMINI NOstri Iesu Christi. Amen.

☙ Gratiæ & indulgentiæ a Sūmis Pontificibus nostræ congregationi concessæ.

SCiendum est ad futuram rerū memoriā: q̄ ꝑter cōmunia priuilegia in religionis fauorē oībus religiosis ḡnaliter a iure concessa: præter ēt grās multas & maximas exēptiōis & immunitatis in specie cōgregatiōi nostræ concessas ut patet ex priuilegiis tā sanctę memoriæ Eugenii iiii. q̄ ēt alioꝝ summoꝝ Pontificū: multas quoq; alias grās & cōcessiones tā p breuia & simplices signaturas q̄ ēt oraculo uiuæ uocis a plerisq; summis Pōtificibus p̄ tēpoꝝ successiōes centū annorū spatio consecuti sumus. Quas sparsas & quasi extra uagātes hinc inde collectas in unū hoc capitulum compegimus: quo ꝓcessu tempoꝝ nō periret: & successores nostri frui possent hm̄oi indulsis: nec tanto ac tā memorabili thesauro fraudarētur: simul ut præsentes & futuri grati semper essent & deuoti erga summam sedem apostolicam: quæ semper nos adeo dilexit: fouit: tutata est: tot q; & tantis gratiis prosecuta tam ob benignitatem suam & beniuolētiam singularem: q̄ ob merita quoq; & sanctimōniam patrū nostrorum antiquoꝝ: qui sudoribus & laboribus atq; industria

